



# Sammelband og

Index locorum in hoc volumine  
explicatum.

- nr. 29 Pj. LXXXIV.  
4. Math. II. 17. 18.  
38 Luc. I. 78.  
10 Act. XIII. 32. 33.  
20 Eph. V. 29.  
18 Col. I. 34.  
11 Col. II. 14. 15.  
23 Cor. XIII. 2.  
36 1 Petr. III. 18.  
38 2 Petr. I. 19.  
6 Jud. 9.  
38 Apoc. XXII. 16.

26 27

SELECTA QVAEDAM  
DE  
**S. MICHAELE ARCHANGELO**  
EIVS APPARITIONIBVS FESTIS ET CVLTV  
INPRIMIS IN MONTE GARGANO  
ATQVE IN MONTE TVMBA  
ILLVCQUE FACTIS PEREGRINATIONIBVS

---

IN  
SOLLEMNI DIE ANNIVERSARIO  
S. MICHAELIS

A. R. S. C I O I O C C L V I I I

P. P.

A

**D. FRANCISCO DOMINICO HAEBERLIN**  
ACADEMIAE IVLIAE CAROLINAE  
H. T. VICE RECTORE.

---

HELMSTADII  
LITERIS VIDVÆ B. SCHNORRIE ACAD. TYPOGR.

SELECTA QVAEDAM

DE

S. MICHAELI ARCHANGELO

HIE APPARITIONES ERSIS ET OUTA

IMPRISES IN MONTE GARGANO

ATQVE IN MONTE TAMBIA

OCULAE SCACCHI THINCTIONIBVS

SORITEMUS DIC ALEXANDER

S. MICHAELIS

AL. L. 2. C. 12. CO. EA. 111

P. F.

A

D. LUDVICO DOMINICO HERRELI

SCACCHAE SCACCHAE SCACCHAE

H. T. VIDEKTORE

HEMSTADII

LIBRÆ MUSÆ ET SCACCHÆ SCACCHÆ SCACCHÆ

OTTO ANTONIUS DE ATOBIA

ACADEMIAE  
IVLIAE CAROLINAE  
VICE-RECTOR  
D. FRANCISCVS DOMINICVS

HAEBERLIN

CIVIBVS SVIS

SALVTEM.

**D**e S. MICHAELE Archangelo elegans extat, *Car. Sten-*  
multaque lectione refertus libellus ante *geli de*  
centum & fere triginta annos editus, cu-*S. Mich.*  
ius titulus æri incisus, pugnamque *Archang.*  
*CHAELIS* cum *Lucifero* repræsentans, ita se habet:  
*S. MICHAELIS* Archangeli Principatus, Apparitiones, Tempa,  
Cultus & Miracula, ex Sacris literis, SS. PP. & historiis Ecclesiasticis erata. *Auctore R.*  
*P. F. CAROLO STENGELIO &c.* Locus & annus  
impressionis non quidem notantur, sed Dedicatio, ad  
*D. MICHAELM*, Abbatem celeberrimi Coenobii Sa-  
cri Montis Andecensis, directa, subnotata est: *Au-*  
*gustæ* (scil. Vindelicorum,) ex Monasterio SS. Valerici  
& Africæ, 5. Calend. Aprilis Anno MDCXXIX., id  
quod ipsum sane locum & annum impressionis vero-  
similiter admodum indicat. Libellus ipse in *forma*,  
quam vocant duodecima, typis exscriptus, variisque  
imani

A

ima-



imagunculis, quæ MICHAELEM, eiusque heroi-  
ca facta aliaque eiusdem gesta repræsentant, atque  
illis paginis, quas in sequenti recensione omissas de-  
prehendes, insculptæ sunt, exornatus est, continet-  
que quatuordecim plagulas. Autorem eius CARO-  
LVM STENGELIVM, S. Benedicti Ordini adscriptum,  
& tandem SS. Vdalrici & Afræ in S. R. I. libera Civi-  
tate Augustana Abbatem longe meritissimum, inter  
tot alia, quæ *Divi BENEDICTI* sacrum Sodalitium  
orbi eruditio dedit, præclara sidera haud infimum fu-  
isse, quin potius superiori Seculo variis in lucem e-  
missis Scriptis philosophicis atque historicis, ut & non  
nullis egregiis poëmatibus, admodum claruisse, in-  
ter omnes, vel levi historiae literariæ notitia tinctos,  
constat.

*Eius pro-*  
*lixior re-*  
*censio.* Cum itaque hæc ipsa STENGELII de S. MICHA-  
ELE Archangelo Tractatio, ob rationes facile divi-  
nandas, in paucorum manibus hodie versetur, adeo-  
que rarissimis Scriptis merito accenseatur; non ingra-  
tam *Lectoribus meis* operam impendere spero, si igno-  
ti, quin imo fere obliti huius libelli uberiorem noti-  
tiam suppeditavero. Titulum excipit epistola dedicato-  
ria paulo superius memorata, illique subiunctus est  
*Index Capitum Libri de S. MICHAELE Archangelo,*  
ipse autem *Libellus quadraginta absolitus Capitu-*  
*lus, trecentasque & decem replet paginas.* In *I. Cap.*  
a pag. 1-5. nomen MICHAELIS & alias quædam eius  
appellationes explicantur; in *II. Cap. a p. 5-12.* pro-  
ponuntur testimonia fide digna, quibus probatur,  
Angelum quendam esse, qui MICHAELIS nomine  
indi-

indigitetur; in *III. Cap.* a pag. 13-21. adstruitur, loco  
Dei sapenumero apparuisse Angelos, præsertim *S. MICHAELM*, & in *IV. Cap.* a pag. 21-25. docetur,  
qua ratione soleant Angeli hominibus apparere, &  
quisnam sit modus apparitionis? Tum per transen-  
nam quasi agitur in *Cap. V.* a pag. 27-38. de pugna  
*MICHAELIS* contra *Luciferum*, in *Cap. VI.* a p. 38-  
45. de Lucifero omnium Angelorum summo ac præ-  
stantissimo, atque in *Cap. VII.* a pag. 46-56. de *S. MI-  
CHAELE*, Lucifero ex supremo choro & hierarchia  
propulso, angelorum omnium & primo, & summo.  
Solvantur postea in *Cap. VIII.* a p. 57-64. opiniones  
priori sententiae contrarie, & in *Cap. IX.* a p. 64-73.  
morale documentum ex casu *Luciferi* & conflictus  
bonorum malorumque Angelorum eruitur. In via m  
deinceps quasi redit AVT OR noster, & *Cap. X.* a p.  
75-81. recenset Apparitiones quasdam *s. MICHAELIS*  
in sacris literis descriptas, quas speciatim in sequenti-  
bus Capitibus uberior exponit. Sic enim allegantur  
& describuntur: *Cap. XI.* a p. 83-85. altercatio *S. MI-  
CHAELE* cum Diabolo de corpore Mosis demortui,  
*Cap. XII.* a p. 87-95. illius apparitio *IOSVAE* facto,  
eiusque modus, iuncto in *Cap. XIII.* a p. 96-103. mo-  
rali Documento ex modo dicta *MICHAELIS* appari-  
tione, quæ *IOSVAE* contigit, *Cap. XIV.* a pag. 103-  
107. Lapsus murorum Hierichuntinorum ministerio  
*SS. Angelorum*, præsertim *s. MICHAELIS* factus,  
*Cap. XV.* a pag. 109-116. circumduictio *EZECHIELIS*  
*Prophetæ* & dimensio templi Hierosolymitani, & *Cap.*  
*XVI.* a p. 117-121. adventus *S. MICHAELIS* in adiuto-  
rium

rium GABRIELIS ad defensionem populi Iudaici. Recensitis hisce S. MICHAELIS Archangeli apparitionibus in V. T. factis, vel veris, vel fictitiis, AVTOR noster pari sedulitate perquirit EIVS DEM apparitiones, quas in novo Foedere contigisse, Romano-Catholica Ecclesia putat, praemissa in Cap. XVII. a pag. 121-125. quæstione: cur non potius S. MICHAEL SS. Virginis MARIAE nuncium incarnationis Filii Dei attulerit? Sic enim adstruitur: Cap. XVIII. a pag. 127-131., S. MICHAELM Principem inter Angelos fuisse, qui Christo tentato, viatorique in deserto ministraverint, & Cap. XIX. a p. 133-141. EVNDEM illum fuisse, qui Christum in horto orantem consolatus fit. Disquirit deinceps ST ENGELVS noster Cap. XX. a pag. 142-147, quid nos Christus per hanc Angeli corroborationem, quam grato animo suscepit, docere voluerit? Tum Cap. XXI. a p. 149-153 agit de apparitione S. MICHAELIS in Resurrectione CHRISTI, & Cap. XXII. a pag. 155-164. de EIVS DEM apparitione in ascensione SALVATORIS nostri, ut & in primis Ecclesiæ annis. Latius deinde exponit AVTOR noster: Cap. XXIII. a pag. 165-169. Divum MICHAELM signiferum ab Ecclesia recte appellari, Cap. XXIV. a pag. 171-177., EVNDEM animabus suscipiendis esse præpositum, Cap. XXV. a pag. 178-187., ILLVM præesse particulari iudicio animarum e corpore ex euntium, Cap. XXVI. a p. 188-191, nostrum Archangelum Antichristi tempore pro Ecclesia acerime pugnaturum, & Cap. XXVII. a pag. 193-197., EVNDEM ad supremum tribunal iudicandos esse citaturum. Se-  
 muni A. quun-

quuntur deinceps alia in honorem S. MICHAELIS  
vergentia, viz. Cap. XXVIII. a pag. 198-203. de tem-  
plis in honorem S. MICHAELIS ædificatis: & pri-  
mum de iis, quæ in gentilitii Martis substituta sunt,  
Cap. XXIX. a pag. 203-208. de Basilica in honorem S.  
MICHAELIS a CONSTANTINO M. construēta,  
Cap. XXX. a pag. 209-226. de templis aliquot in Grae-  
cia S. MICHAELIS memoriarum consecratis, iuncta mi-  
rabili cuiusdam Archippi vita, Cap. XXXI. a pag. 229-  
236. de Ecclesiis Romæ & in aliis quibusdam locis S.  
MICHAELIS nomine insignitis, Cap. XXXII. a pag.  
237-247. de omnium celeberrima S. MICHAELIS Ec-  
clesia ab ipsomet condita, eiusque dedicatione ac mi-  
raculis, & denique Cap. XXXIII. a pag. 248-250. de  
praecipuis nonnullis in eiusdem Archangeli honorem  
in Germania fundatis templis. Postea recensentur in  
Cap. XXXIV. a pag. 251-257. festi dies in honorem S.  
MICHAELIS instituti, & peregrinationes ad eius  
tempora factæ, & in sequenti Cap. XXXV. a pag. 257-  
269. generatim explicantur variæ EIVS Apparicio-  
nes, in Cap. XXXVI. vero a pag. 271-275. exponit,   
quomodo S. Francisco sub specie Seraphimi apparuerit  
S. MICHAEL. Tum in Cap. XXXVII. a pag. 275-  
284. agitur de miraculis universim per nostrum Ar-  
changelum patratis, & in Cap. XXXVIII. a pag. 285-  
290. describuntur tam Ordo militaris in memoriā  
S. MICHAELIS institutus, tum imagines & numis-  
mata in eius honorem cusa. Cap. XXXIX. a pag. 290-  
298. enarrantur tam quorundam errores de S. MI-  
CHAEL, quam alii eiusdem nominis homines, tum se-  
quun-

quuntur in Cap. XL. a pag. 298-302. epilogus & brevis ad humilitatem ac patrocinium S. MICHAELIS implorandum exhortatio. Agmen denique claudunt a pag. 302-304. Orationes ad S. MICHAELEM directæ, & a pag. 305-310. Litaniae de eodem agentes, quas in ultima libelli pagella excipit Censura Facultatis Theologicæ Ingolstadiensis, data Ingolstadii, die s. LVCAE Evangelistæ sacro A. C. MDCXXVII, atque a WOLFGANGO GRAVENEGG, S. I., SS. Theol. Professore & h. t. Collegii Theologici Decano subscripta, sicuti Indici Capitum subiuncta, & ipsi Tractationi præmissa cernitur PETRI WALL, Suffraganei & Vicarii Facultas, pro imprimendo hoc Tractatu, loco & nomine Reverendissimi & Illustrissimi Domini Ordinarii concessa.

*Indiculus querundam Programmatum Acad. Mich. agentium.* Præter huncce, pro Seculi sui conditione, & religionis, quam AVTOR profitebatur, genio, omnibus partibus absolutum libellum, extant quoque nonnulla Programmata, olim ab alma nostræ IVLIAE Julie de S. ViceRectoribus in ipso festo die MICHAELIS Archangelii publice propofita, quæ de S. MICHAELE eiusque Apparitionibus, Fefis & Cultu generalia quædam suppeditant. Illa fane, quæ in mea amplissima Festivorum Programmatum ACADEMIAE IVLIAE Collectione poffideo, fideliter indicabo. Eorum certum plura dubio procul sunt, idem argumentum tractantia, quæ meam diligentiam, meumque studium, istiusmodi minora Academie nostræ scripta colligendi, hucusque effugerunt. Horum itaque mentionem facere, non licet, quemadmodum etiam illa, præ-

præmeditato consilio, omitto, quæ non generale de S. MICHAELE Archangelo thema pertractant, sed tantummodo unum alterumque speciale caput, quod illum concernit, disquirunt, siquidem hæc ipsa paulo inferius in ipsa tractatione, ordine sic ferente, allegandi, opportuna sese subministrabit occasio.

Primum itaque, quod in mea Collectione occurrit, est *Programma Pro-Rectoris & Senatus Academiæ Iulie in Festo Michaelis Archangeli P. P. A. MDCXXXIV.*, una plagula constans, Autore illius anni *Pro-Rector*, IO. STVCKIO, celeberrimo ICto. Secundo sequitur illius *Generi*, Magni CONRINGII, pariter tum temporis *ViceRectoris*, *Programma Anno MDCXLV.* in duabus plagulis publicatum. Tertium est CHRISTIANI EBERHARTI, *Histor. & Poës. P. P.* & illo tempore *Pro-Rectoris*, *Anno MDCLXV.* publice promulgatum *Programma*, unum absolvens folium. Idem argumentum quarto pertractat PAVLVS HEIGELIVS, insignis *Academiæ nostræ* primum *Mathematicus*, postea *Theologus*, ac t. t. *ViceRector*, in unius plagulæ *Programmate Anno MDCLXXIII.* publice edito. Post decennium, Anno scilicet *MDCLXXXIII.*, quintum de S. MICHAELE, in die eius Festo, publico duorum foliorum *Programmate* egit B. IO. EBERH. BYSMANNVS, cuius vestigiis sexto A. *MDCLXXXVIII.* uberiori adhuc apparatu institutus ignotus mihi Autor, qui *Pro-Rectoris & Senatus Academicus* nomine hac de materia *Programma*, quod duas plagulas replet, conscripsit atque edidit. Septima vice mihi occurrit B. IO. BAR-

THOL.

THOLDI NIEMEIERI, t. t. ViceRectoris, e Tabula publica A. MDCXCIII. suspensum *Programma*, quod duabus schedis absolvitur. Octavum denique adhuc supereft *Academiae Iuliae ProRectoris*, CASPARIS CORBERTI, *Programma*, unius saltim plagulæ, Anno MDCXCVII. publice promulgatum. Horum omnium *Programmatum forma* est *quadripartita*, sicuti mos fert *Academiae nostræ* in istiusmodi Scriptis, publico nomine in diebus Festis emissis. Nec mihi sane constat, quod in illo hujus Seculi *Programmate*, festo MICHAELIS die in *Academia nostra* publice proposito, generatim fuerit tractatum de hoc ipso Archangelo eiusque apparitionibus, festis & cultu, sed specialia modo argumenta S. MICHAELEM tangentia, uti ex sequentibus patebit, unus alterque in istiusmodi *Programmate* exposuit.

*Transitus  
ad Tra-  
ctatio-  
nem.*

Licet igitur iam in variis *Academiae nostræ* Scriptis publicis de S. MICHAELE Archangelo actum fuerit, et prolixus STENGELII de Eo extet *Traictatus*, supra epitomatus; non ingratum tamen *Lectoribus meis* laborem me suscepturum esse, confido, si a superioribus Autoribus sparsim dicta in concinnum ordinem redegero, & Selecta quædam, ab illis Scriptoribus partim non observata, partim post eorum tempora demum detecta, subiunxero, quantum scilicet pro temporis angustia, & pro molesti multisque impedimentis circumstipati regiminis academici ratione licuerit.

S. Michaelis nomen origine sua hebraicum est, elis nomen significatque vi vocis, quis sicut Deus? Notum illud eiusque

est in historia sacra, cum partim occurrat inter explo-  
ratores terræ sanctæ (a) *Sethur*, filius MICHAELIS, <sup>mentio in  
S. literis.</sup>  
de tribu *Affer*, partim inter posteros *Gadi* & *Benia-*  
*mini* recenseantur duo MICHAELES (b). At enim  
vero hoc nomen in veteri Testamento *Angelo* nuspi-  
am tribuitur, nisi apud DANIELEM, qui ternis vici-  
bus (c) eius mentionem facit. Nam nec MALACHI-  
AM Prophetam, per literarum metathesin, hunc esse  
MICHALEM, a DANIELLE memoratum, nec Prin-  
cipem quendam e Persis, populo Iudaico faventem,  
nec ipsum denique e Iudæis ZOROBABELEM aut  
IOSVAM Pontificem, hic intelligi posse, tota DANI-  
ELIS visio satis abunde evincit (d). DANIELIS in-  
super autoritas de MICHAELE *Angelo, non homme,*  
corroboratur per Epistolam IVDÆ (e), & Apocaly-  
psin IOHANNIS (f), ubi iterum MICHAELIS ceu  
*Angeli*, & quidem in priori loco apud IVDAM ceu  
*Archangeli* disertissima fit mentio.

Reperta itaque MICHAELIS, ceu Angelorum <sup>Eius me-</sup>  
Principis, in sacris literis mentione, quid mirum, <sup>moria in</sup>  
quod eius nomen iam a longo tempore in ecclesia <sup>ecclesia</sup>  
christiana memorari coepit? Si fides habenda esset <sup>christianæ,</sup>  
EVTYCHIO, Patriarchae Alexandrino (g), qui ta-

B men

(a) Numer. cap. XIII. v. 14.

tius adhuc diducitur & demon-  
stratur.

(b) i. Paralipom. VI. 13. & IX. 16.

(e) comm. 9.

(c) viz. Prophetæ cap. X. v. 13.

(f) cap. XII. v. 7.

& 21. item cap. XII. v. 1.

(g) in Annalibus, ab O. C. usque

ad a. C. 940. lingua Arabica scri-  
ptis, & a POCOCKIO cum verso-

ne latina Oxoniæ a. 1658. 4. editis,

P. P., in quo haec sententia la-

*Templum* men anno demum DCCCCXL. diem supremum obi-  
 eidem A- it, iam ab ALEXANDRO, itidem Alexandriae inde  
 lexandria ab a. CCCXII, usque ad a. C. CCCXXVI, Patriarcha,  
 dedica- ecclesia in memoriam atque honorem S. MICHAELIS  
 tum, Archangeli dedicata fuisset Alexandriae, destruēto ibi  
 idolo magno aereo, pariter MICHAELIS cuiusdam  
 nomine insignito & religioso cultu in illo templo,  
 quod CLEOPATRA, Aegypti Regina, nomini Saturni  
 Alexandriae extruxisse dicitur, prosecuro.

*item extra CPLin.* Certiora sunt, quæ de templo a CONSTANTI-  
 NO M. Imp. extra CPLin, in loco, qui olim in Hestis,  
 postea Michaëlium vocatus est, ædificato tradit so-  
 ZOMENVS (h), cuius verba:-- τάντην μὴν ἐν ὀδεί-  
 τιοι νεοπαγῆ Χεισθ πόλιν οἱ ὄμωνυμον ἐαυτῷ,  
 γέραιζων Κωνσαντῖνος, πολλοῖς οἱ μεγίστοις ἐ-  
 πόσημον ἐντηροῖς σῖνοις· συνελαμβάνετο δὲ  
 οἱ τὸ θεῖον τῇ προσθυμίᾳ τῇ βασιλέως, οἱ ταῖς  
 ἐπιφυνέαις ἐπιεῖστο ἀγίεσ, οἱ σωτηρίεσ εἶναι,  
 τὰς αἰνὰ τὴν πόλιν ἐντηρήσεις σίνας· ἐπισημότα-  
 τον δὲ μάλιστα ἔνοις τὲ οἱ ἀρχοῖς ἐξ ἐκείνων γενέ-  
 θαι συνωμολόγηται, τὴν ἐν ταῖς ἑσίαις ποτὲ ον-  
 λαμέ-

T.I. p.435. Locum hunc, a POCO-  
 CKII versione aliquatenus di-  
 f. repantem, exhibet I.Iac. HOR-  
 MANNVS in Lexici univer. Con-  
 tinuat., T.II. p. m. 78. b. & 79 a.  
 (h) Hist. Ecclesiast. L. II. c. 3. p. m.  
 445. editionis Henr. VALE-  
 SII Moguntinx. Plura de hac

Aede a Divo CONSTANTI-  
 NO M. extructa congregat̄ Io. CI-  
 AMPINI in praeclaro Opere,  
 quod inscribitur: de sacris æ-  
 dificiis a Constantino M. con-  
 structis, Roma 1693. in fol. cum  
 figuris æneis excuso, cap.  
 XXXVI, p. 171. b. & 172.

λαρνέας ἐπιλησίαν τόπος δὲ οὗτος, ὁ νῦν Μιχαήλιον ὄνομα δόμενος, ἐν δεξιᾷ παταπλέοντι ἐπί Πόντῳ εἰς Κωνσαντινόπολιν διεσῶς αὐτῆς πλωτήρι μην, ἀμφὶ τρεισκόντα και πέντε σάδια ἐβδομηκοντα δὲ και πέρος, πύλῳ περιοδέουντι τὸν διὰ μέσου πορθμόν ἔλαχε δὲ τὸ χωρίον τέτο τὴν νυνὶ ηγατέσσαν προσηγορίαν, παθότι πεπίσευται ἐνθάδε ἐπιφανεῖται Μιχαὴλ τὸν θεῖον ἀρχαίγγελον· τέτο δὲ ιαγώ ἐνηργετήμενος τὰ μέγισα, αληθές εἴναι σύμφωνοι. Hanc igitur utpote novellam Christi civitatem, sibiique ipso cognominem Constantinum honore afficiens plurimis & maximis ecclesiis exornauit. Porro Imperatoris propositum Deus quoque adiuvit, & præsentia numinis sui testatus est, Ecclesiæ illic ædificatas sanctas esse, ac salutares. Earum autem nobilissimam, tum ab exteris, tum a civibus ex eo tempore habitam esse constat, ecclesiam illam, quæ est in Hestia. Locus est olim ita dicitus, qui nunc Michaëlium vocatur ad dextram positus navigantibus ex Ponto Constantinopolim: distans ab urbe navigio quidem pergenti, circiter triginta quinque stadiis: Terræ vero itinere sinum interiacentem circumveniunt, septuaginta & amplius stadiis: Hic autem locus eam quam dixi appellationem ideo sortitus est, quod divinus Michaël Archangelus illic apparere creditur. Idque ipse quoque maximo effectus beneficio, verissimum esse, testor.

Licet autem illo iam tempore in ecclesia christiana a nonnullis magna reverentia *Angelis* fuerit habita, variaque templa in primis in honorem **MICHAELIS Archangeli** extructa fuerint, cultus tamen eorum per longum adhuc tempus penes Orthodoxos usum non receptus, quin potius damnatus erat, nec dies festi in illorum, in primis **S. MICHAELIS**, memoria instituti reperiuntur, quicquid in contrarium adstruat **BARONIVS**, celeberrimus ille Annalium Ecclesiasticonditor (\*).

*Cultus Angelorum in Synodo Laodicensi da- vnmatus.* Prius quod attinet, celeberrima sane illa *Synodus Laodicena*, quæ, si eam vel cum **BARONIO & SPONDANO** (i) in a. C. 314. referas, vel potius cum **PAGIO** (k) in a. 363., vel cum **PETRO de MARCA** (l) in a. 365. vel denique cum **CENTVRIATORIBVS MAGDEBURGICIS** (ll) circa a. C. 368. reiicias, saltim Sec. IV. post C. N. habita fuit (m), de cultu Ange-

(\*) in his ipsis *Annal. Ecclesiast.* ad a. 60. n. XV-XXIII. T. I. col. 657-661. edit. Colon. de a. 1624. in fol. ut & in *Martyrologio Romano* ad d. 8. Maii.

(i) cf. **ILLE** in *Annal. Ecclesiast. T. IV.* in *Append. col. 789. fgg.* HIC vero in *Annal. Ecclesiast. Baronii* in epitomen redactis, *T. I. ad a. 314. n. XII. p. 257. b. sq.* edit. Colon. de a. 1640. in fol.

(k) in *Critica Baron.* Sec. IV. ad a. 314. n. XXIII. pag. 57. editionis, quæ *Lutetiae Pariforum*

prodit a. 1689. in fol.

(l) in *egregio de Concordia Sacerdotii & Imperii Oper.* L. III. cap. 3. §. 1. col. 215. sq. edit. Francfurt. 1708. fol.

(ll) *Centuria IV. cap. IX. p. m. 833.* edit. Basileensis per **Io. OPORINVM** a. 1560. in fol. curate.

(m) Vide sis, quæ celeberrimus olim Academia nostrarum Antecessor, **IO. WERLHOFIVS**, pro more suo doctrinime disputavit de vera huius *Synodi Laodicenæ* epocha in *Program-*

Angelorum Canone XXXV. (n) sequentia disponit:  
 & δεῖ Χειρισαντες ἐγναταλείπειν τὴν ἐμπλησίαν τῷ  
 Θεῷ, νοι ἀπίειν, νοι Ἀγγέλως ὄνομάσειν, ἢ  
 συνάζεις ποιεῖν, ἀπεξ ἀπηγόρευται. Εἴ τις ἔν  
 ἐνεργῇ ταύτῃ τῇ νεκρούμενῃ εἰδωλολατρείᾳ χο-  
 λάζων, ἔξω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγνατέλιπε τὸν κύ-  
 ριον ἡμῶν Ἰησὸν Χριστὸν, τὸν ὑἱὸν τῷ Θεῷ, νοι  
 εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθεν. Non oportet Christianos,  
 relictā Dei ecclesia, abire, & Angelos nominare,  
 vel congregations facere, que sunt prohibita. Si  
 quis ergo inventus fuerit huic occulte idololatriæ va-  
 care, sit anathema: quia reliquit Dominum nostrum  
 Iesum Christum, Filium Dei, & accessit ad idolola-  
 triam.

Fons autem & scaturigo huius erronei Angelo-  
 rum cultus fuit ταπεινοφρεστὺν quædam, seu siesta nei Ange-  
 lorū cul-  
 quædam humilitas, a PAULO iam damnata (o), illi-  
 que, qui huic hæresi nomen dabant, cultumque An-  
 gelis deferebant, Angelici (p) vocabantur. Licet ita-  
 que

B 3

mate Feste Michaelis Archangelī in Acad. Iulia P. P. quo  
 Canon XXXV. Synodi Laodice-  
 ne illustratur, (Helmstadii  
 1702. 4.) A. 3.

(n) Habetur hic sicut alibi, ita  
 etiam in Guil. BEVEREGII  
 Synodico, f. Pandectis Cano-  
 num SS. Apostolorum & Conci-  
 liorum ab Ecclesia Graeca rece-  
 ptorum &c., (Oxonii 1672. fol.)

T. I. p. 468. itemque in Phil.  
 LABBEI & Gabr. COSSAR-  
 TII Collect. Concilior. (Lutet.  
 Parifior. 1671. fol.) Tom. I. col.  
 1593. sq.

(o) in Epist. ad Colos. Cap. II.  
 v. 18.

(p) Vid. de illis EPIPHANIVS  
 in Panario adversus hæreses,  
 L. II. Tom. I. hæres. 40. vel 60.  
 Operum Eius (ex edit. Dion.

*ex loco  
Chrysostomi.*

que hunc errorem *Synodus Laodicensia* quadantenus retunderet, illum tamen non penitus excindere potuit; siquidem IOHANNES CHRYSOSTOMVS (q) disertis verbis testatur. ἡσάν τιες οἱ λέγοντες, ὃ δεῖ ἡμᾶς διὰ τῆς Χριστοῦ προσάγεσθαι, ἀλλοὶ διὰ τῶν ἀγγέλων. *Sunt quidam, qui dicunt, non operare per Christum adduci, sed per Angelos.*

*Canon Synodi Lao-  
dicie. expli-  
catur ex  
loco Theo-  
dorei.*

Luculentissime autem & occasionem & scopum, mentemque *Canonis Synodi Laodicensiae* superioris prolati indicat THEODORETUS, Seculi V. Scriptor & doctissimus Cyrensis in Syria Episcopus (r), his verbis: οἱ τῷ νομῷ συνηγορῶντες, καὶ τές Ἀγγέλως σέβειν αὐτοῖς εἰσηγόντο, διὰ τύτων λέγοντες διδόθαι τὸν νόμον. Ἐμενε δὲ τέτο τὸ πάθος ἐν τῇ Φευγίᾳ καὶ Πισιδίᾳ μέχει πολλά. ὃ δὴ χάριν καὶ συνελθόσα σύνοδος ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φευγίας νόμῳ πενώλυνε καὶ τοὺς Ἀγγέλους προσεύχεσθαι, καὶ μέχει δὲ τῇ νῦν ἐπιτήσιᾳ τῇ ἀγίᾳ Μιχαὴλ πατῃ ἐπένοις, καὶ τοῖς ἄμοδοις ἐκείνων ἐστιν εἰδεῖν.

τέτο

PETAVII Coloniensi a. 1682.  
fol.) T. I. p. 505. sq., & AV-  
GUSTINVS in Libro de heret-  
ibus ad Quodvultdeum n. 39,  
Opp. Eius, per Monachos Ord.  
S. Bened. e Congregat. S. Mau-  
ri, Antwerpia 1700. in fol. e-  
ditorum, T. VIII. col. 9. Me-  
minit quoque Angelicorum  
GRATIANVS c. 39. C. XXIV.

*Qu. 3.*

q) Homil. VII. in Epist. ad Coloff., Opp. Eius in Nov. Testam., ex edit. & vers. FRONTONIS DVCAEI, Francof. ad Moen., a. 1709. in fol. recusa, Tomo VI. col. 293. & 294.

(r) in Commentar. ad D. PAULI Epist. ad Coloff. Cap. II. v. 18. Opp. Eius T. II. p. 161.

τέτο τοίνυν συνεβόλευον ἐπεῖνοι γίνεσθαι, ταπει-  
νοΦρεσύνη δῆθεν μεχεημένοι, οὐαὶ λέγοντες, ὡς  
ἀόρατος ὁ τῶν ὄλων Θεὸς, ὀνέφικτός τε οὐαὶ ἀνα-  
τοληπτος, οὐαὶ προσίημει διὰ τῶν ἀγγέλων τὴν  
Θείαν ἐμρένοιαν πεινυματένεδαι· τέτο λέγει ἐν  
ταπεινοΦρεσύνῃ οὐαὶ θεησιεια τῶν ἀγγέλων. τὸ  
δὲ γε Φυσιώμενος τῇ ταπεινοΦρεσύνῃ ἐναντίον ἐπ  
ἐξι. τὴν μὲν γοὺς ἐσηήπτοντο τῷ δὲ τύφῳ τὸ πά-  
θος ἀμηιβῶς περιέκειτο. Τὸ δὲ ἀ μὴ ἐάρονεν  
ἐμβαθέων, ἀντὶ τοῦ, λογισμοῖς οἰλειοῖς χεωμε-  
νος. τέτο γαρ ἐπηγαγεν, ἐκῆ Φυσιώμενος ὑπὸ τοῦ  
νοὸς τῆς σαρκὸς ἀντοῦ. *Qui legem defendebant, eos  
etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes, legem  
fuisse per illos datum. Mansit autem perdiu hoc viti-  
um in Phrygia ἢ Pisidia. Proinde Synodus, quæ con-  
venit apud Laodiceam Phrygiæ, lege prohibuit, ne pre-  
carentur ad Angelos, ἢ ad hodiernum usque diem  
Oratoria S. Michaëlis, apud illos, illorumque finitimos  
videre est. Illi ergo humilitate nimirum ducti hoc fieri  
suadebant, dicentes universorum Deum nec cerni, nec  
attungi, nec comprehendi posse, ἢ oportere per An-  
gelos divinam sibi benevolentiam conciliare. Hoc est,  
quod dicit, in humilitate ἢ cultu Angelorum. Illud  
autem inflatus non est contrarium humilitati. Hoc  
enim præ se ferebant, sed revera insolentia vitio labo-  
rabant. Hoc autem, in iis, quæ non vidit, incedens,  
pro eo, quod est, suis ipsius cogitatis hærens. Hoc  
enim subiunxit: temere inflatus a mente carnis suæ.  
Huic*

Huic THEODORETI loco adiungatur & alias (s), ita sonans: ἐπειδὴ γαρ ἐπεῖνοι τές αὐγέλες σέβειν ἐνέλευον, αὐτὸς τὸ ἐναντίον παιεγγυᾶ, ὡς οὐ τὰς λόγιες; οὐτὶ τὰ ἔργα ιοσμῆσαι τῇ μνήμῃ τῷ δεσπότῳ Χεισῷ οὐτὶ τῷ Θεῷ δὲ οὐτὶ πατέρι τὴν ἐυχαριστίαν δὶ αὐτῷ, Φησιν, αναπέμπετε, μὴ διὰ τῶν αὐγέλων. Τέταρτη ἐπομένη τῷ νόμῳ οὐτὶ ηὲν Δαοδικίᾳ σύνοδος, οὐτὶ τῷ παλαιὸν ἐπεῖνο πάθος θεραπέυσαι βελομένη, ἐνομοθέτησε, μὴ εὔχεσθαι αὐγέλοις μηδὲ παταλιμπάνειν τὸν οὐρανὸν ἡμῶν Ἰησοῦ Χεισόν. Quoniam enim illi Angelos iubebant adorare, ipse contrarium præcipit, ut & dicta & facta exornent recordatione Christi Domini, & Deo, inquit, & Patri gratiarum actionem offerte per ipsum, non per Angelos. Hanc etiam legem sequens Laodicena Synodus, & voleus veteri illi morbo mederi, lege sanxit, non adorandos esse Angelos, nec relinquendum Dominum nostrum Iesum Christum.

*Laudantur adhuc  
alii Scriptores Capituli  
nonom Synodi Laodicei illu-  
strantes.*

Ne autem nimium expatriari videar, non lubet excerpere, quae recentiores THEODORETO Canonicum Interpretes Græci, magno numero, pro illustrando hoc Canone Synodi Laodicenæ afferunt, sed harum deliciarum cupidos solummodo ablegatos volo ad 10. ZONARAM (t) CONSTANTINVM HARMENOPOLVM (u), ALEXIVM ARISTENVM (x),

THEO-

(s) in modo allegato Commentar. (u) in LEVNCLAVI Iure Gre-  
ad Coloss. Cap. III. v. 17. Opp. co-Romanu, ex edit. Marqu.  
T. II. p. 163. PREHERI, Francof. 1596. in

(t) in BEVEREGII Synodico, T. fol. T. I. p. 65. (x) ap. BEVEREGIVM, I.c. T.I. p. 469.

THEODORVM BALSAMONEM (y), aliosque. Nec, pro ratione instituti, atque angustia temporis, in praesentia vacat, latius exponere, quomodo *Angelorum*, in primis autem S. MICHAELIS, *cultus* pedidentim in Ecclesiam christianam irreplerit, sed potius summa accusatione adhuc docebo, qua ratione dies festi in memoriam atque honorem S. MICHAELIS *Archangeli* inventi, atque in Ecclesiam cum primis Occidentalem introducti fuerint, priusquam ad precipuum Tractationis meæ caput, scilicet de Apparitionibus huius Archangeli, eiusque cultu in monte Gargano & in Monte S. Michaelis in periculo Maris, ac peregrinationibus superstitionis illuc factis, accedam.

In Ecclesia Orientali, & quidem in primis apud Colossenses in MICHAELIS Archangeli honorem diem sextum mensis Septembris festum fuisse, ita tamen, ut ex parte tantum iudicium sisteret, neque totus esset feriatus, constat ex MANVELIS CONNE-  
NI Constitut. II. de Feriis (z). Nolo tamen cum BARONIO (a) & SPONDANO (b) hunc MICHAELIS apud Colossenses cultum, festumque diem tam anti-

Festum  
Michaelis  
in Ecclesia  
orientali.

C quum

(y) ap. EVNDEM, T. I. p. 468.  
(z) Hæc totidem verbis legitur apud THEODORVM BALSAMONEM ad PHOTII No-  
menonem Tit. VII. cap. I. cf. Menologium Graecorum, ex Bi-  
blioth. et interpretatione Car-  
dinalis SIRLETTI in Hem. c. A-  
NISI Lection. ant., quod in  
ROVA edit. Ias. BASNAGII

T. II. p. 465. ad d. VI. Sept. hæc  
habet: conmemoratio miraculi  
offensii a Principe militie cala-  
fis MICHAELI in urbe Colos-  
sensium, que postea dicta est  
Chone.

(a) in Annal. Eccles. ad a. 60. n.  
XXI. T. I. p. 660.

(b) I. c. ad a. C. 60. n. X. T. I. p.  
106. b.

quum prædicare, cum illorum, quos pro stabilienda sua sententia laudant, autorum fides mihi non satis certa videatur, eo quod ætate longe sunt inferiores, quam ut inde firmum ac grave de rebus vetustissimis capere liceat testimonium.

*In Ecclesia Occid. duplex Michaelis festum.*

In Ecclesia autem Occidentali vel Romano-Catholica hodie occurrit duplex S. MICHAELIS Archangeli Festum. Primum vocatur *Apparitionis eius & celebratur d. VIII. Maii*, alterum notum est sub nomine S. MICHAELIS & omnium Angelorum, quod Germani die *Engelweyke* (\*) vocant, ceditque in d. XXIX. Septembri. Horum origines præter alios indagavit solertiissimus RUDOLPHVS HOSPINIANVS (c), & B. IO. ANDR. SCHMIDIVS, celeberrimus olim apud nos Theologus ('). Prostant porro duo ACADEMIAE IULIAE Programmata de Originibus Feriarum die MICHAELIS celebrandarum, quorum prius, quod unam cum dimidia plagula replet, variaque haut vulgaria asserti, Autorem mihi ignotum habet, & in ipso Archangeli die festo a. C. MDCCXXVI. publice promulgatum fuit, posterius vero, quod a. C. MDCCXXX. prodiit, duobus absolvitur foliis, nimisque breve est in explicando themate, cui alias e-

nucle-

(\*) V. Chriſt. Gottheb. HALTAV-  
SII Calendar. medii aevi, p. m.  
131. §. LIV.

(c) in de Orig. Feſtorum Chriſtia-  
nor., Opp. Eius, quæ VII. To-  
mis Genevæ 1681. in fol. pro-  
dierunt, Tomo II. p. 108. ſq. &  
p. 147.

(') in Historia Feſtorum & Do-  
minicarum p. 177. ſq. edit.  
Helmſtad. de a. 1729. 8., ubi ori-  
ginem huius Feſti adſcribit  
FELICI Pape, qui illud circa  
a. C. 450. vel 438. iſtituerit,  
verum non indicat, unde haec  
hauerit.

nucleando eius Autor, B. KRESSIUS, t. t. Vice Re-  
ctor, pro sua in hoc studiorum genere instructissima  
scientia, satis idoneus habilisque erat. Largam itaque  
michi reliquerunt messem Scriptores modo laudati, &  
sedula iam opera perquiram, quo circiter tempore  
dies S. MICHAELI Archangelo sacri mox in uno al-  
teroque loco, aut provincia, tandem in universa Ec-  
clesia recepti & celebrati fuerint, id quod potissimum  
ope veterum Calendariorum Ecclesiae Occidentalis, e-  
iusque Martyrologiorum (d) me posse praestitum,  
non modo spero, sed plane confido.

Prius vero quam hoc fiat, observare liceat, nec *s. Michaelis Fe-  
tum non occurrit in L. 2 & 7. C.  
do fer.*  
THEodosivm, nec VALENTINIANVM, THEO-  
dosivm & ARCADIVM, *Divos Augustos*, quum  
de festis diebus maiestati altissime dedicatis, nomina-  
tim edicerent (e), in eorum enumeratione ferias in  
memoriam Angelorum vel omnium, vel solius MI-  
CHAELIS habendas memorare. Nec memoriae suc-  
currit, in illorum Populorum Legibus, qui inde ab  
initio Seculi V. universam pene Europam inunda-  
runt, quicquam cautum esse de MICHAELE, huius-  
ce diei iustitio, quamvis *Vifigothi* (f) bene longam  
dierum feriaturorum recessionem fecerint. Nec deni-  
que invenio, *Divum CAROLVM M. Imp.*, qui festivi-  
que invenio, *Divum CAROLI M.*

## C 2

tatuum

(d) In horum indagatione mul-  
tum adiumenti mihi fuit ē *xxv  
FABRICIVS*, tum in *Biblioth.  
Grec. L. V. P. V. cap. 32. f. Vol.  
IX. p. 35. sqq.*, tum in *Luce sa-  
lutari Evangelii totū Orbi per  
divin. gratiam exortenti, Cap.*

XL §. IV. p. m. 210. sqq.

(e) L. 2. &amp; 7. C. de Fritis.

(f) v. LL. *Wifgothorum L. II. Tit.  
I. leg. XI. & Libr. XII. Tit. III.  
leg. VI. in B. Petri GEORG  
SCHII Corp. Iuris German. an-  
tiqui, p. m. 1564. sq. & p. 2171. sq.*

tatum in anno, quæ per omnia venerari debeant, numerum subduxit (ff), festum Dedicationis S. MICHAELIS meminisse, id quod invicto est argumento, CAROLI M. ætate per omnem Galliam & Germaniam quam late is regebat, religionem huius diei nec dum otio fuisse sanctitatem; licet CATHNYPHVS quidam, ignotum mihi alias nomen, CAROLO adhuc Regi suaferit, ut unum diem post ieiunium in anno in honore . . . Angelorum . . . celebrem constituat super regnum suum cum consilio Synodi Francorum, & MISSAM S. MICHAELIS . . . in publico celebrare regno suo constituat (g).

**Festum** Posteaquam vero Patres in Concilio Moguntinen-  
Michaelis si a. C. DCCCXIII. congregati inter festos dies in an-  
mandatus mandato no celebrando quoque posuerunt (h) Dedicationem  
in Concil. S. MICHAELIS, ut seil. hoc die ab opere cestarent  
Mogunt. omnes, illamque anniversario cultu agerent; Divus  
a. 813. LUDOVICVS PIVS Imp., qui confessui Patrum ipse  
interfuerat, haut diu post, CAROLO Patre fati concedente, summo potitus imperio, inter cetera & ea,  
quæ Patres Concilii de festivitatibus sanxerant, totidem fere verbis repetit, lataque lege dierum nefastorum sanctitatem confirmavit (i).

Cete-

(ff) in EIVS & LUDOVICI PII  
Capitularibus ab ANSEGISO  
Abbate & BENEDICTO Levi-  
ta collectis, L. I. cap. 158. in  
Steph. BALVZII Capitular.

Regum Francor. T. I. col. 732.

(g) V. Io. FRONTONIS Notæ  
in Calendar. Rom. ex edit. Io.

Alb. FABRICII, p. m. 235. sq.

(h) Factum hoc est Canone XXXVI.  
in LABBEI & COSSARTIN  
Collect. Concilior. T. VII. col.  
1250.

(i) Capitular. L. II. cap. 35. ap.  
BALVZIVM, l. c. T. I. col.  
748.

Ceterum licet antiquior fortasse lex, quæ diebus iuridicis *Festum MICHAELIS* exemit, nulla existat error notatur. atque ea, quam *LVDOVICVM PIVM* publicasse, modo memoravi, adeoque hanc festivitatem demum post initia Seculi IX. in Imperio Occidental publica & civili lege sanctam esse, tuο afferere licet; extra omnem tamen controversiam positum est, famosum illum Orthodoxorum mastigem, *GODOFR. ARNOLDVM*, insignem errare errorem, adstruendo (k), *Festum MICHAELIS Archangeli* demum sub initium Sec. IX. post C. N. innotuisse, atque in supra dicto Concilio Moguntino excogitatum fuisse. Præterquam enim, quod *Canonem XXVI.* modo nominati *Conciliī*, pro firmando sua sententia, falso, forte tamen vitio typothetae, alleget, ex sequentibus mox psalmiet, hancce festivitatem longe antea in *Ecclesia Occidentali* cognitam receptamque fuisse. Et quamvis ab initio modo gentilitia quasi essent Sacra, quæ Apuli & Romani, & qui præterea circum circa hababant, pietate privata, sibique propria colebant, non publica, quæ ab omnibus, ritu *Ecclesiæ Latine* viventibus, suscipiebantur; successu tamen temporis factum est, ut & in aliis *Ecclesiæ Occidentalis* Regnis ac Provinciis hæc festa fuerint introducta.

Percurramus itaque *Ecclesiæ Occidentalis* vetusta *Inveſtiga-*  
*Kalendaria & Martyrologia*, in iisque origines feria-*tio origi-*  
*nis Febo-*  
*rum S.*  
*antiquiora esse*, probe iam olim observavit folideque *Micha-*

C 3 pro *elis.*

(k) in seiner *unpartheyischen Kirchen- und Kezer Historie*, P. I.  
*L. IX. cap. II. §. 5. p. m. 332. edit.*  
*Francof. de a. 1709. in 4. mai.*

probavit **HENRICVS VALESIVS** (l), eniūs verba, patiis sane demtis, exscriptis PAGIS (m). Eapropter ordiamur ab istiusmodi *Fastis*, qui cuiuslibet Ecclesiae nobiliori proprii erant, & in quibus tam Episcoporum nomina, quam Martyrum apud ipsas pas-  
forum natales dies, adde & alia in eiusmodi Ecclesia receptae feriae descriptae erant.

*In anti-  
quiss. Ca-  
lendar.  
Sec. IV. &  
V. Festa  
Michaëlis  
non occur-  
runt.*

Horum vero *Calendariorum*, quæ hodientium ad-  
huc supersunt, quantum eisdem scio, antiquissima  
sunt *Calendarium FVRII DIONYSII FILOCALI* a.  
C. 354. conscriptum, & *POLEMEI SILVII* a. C. 448.  
literis mandatum (n), sed utrumque de **MICHAELIS**  
**Archangeli** festivitatibus nihil prodit, cuius causa  
non tam in cana *horum Fastorum* vetustate, quam  
potius in illorum conditione querenda erit. Nec  
*Calendarium*, quoddam perverustum, medio nimi-  
rum Seculo IV. conscriptum, quod primum **AEGID.**  
**BUCHERIVS** (o), postea **THEOD. RVINARTVS** (p)  
ediderunt, quicquam de festis **S. MICHAELI** sacris  
vel eapropter habet, quod fictitia illa huius *Archangeli*  
Apparitio sequori demum tempore contigisse,  
traditur. Denique nec volam nec vestigium *barum*  
feria-

(l) in *Diss. de Martyrologio Ro-  
mano*, quad editit **COSWEY-  
DVS**, quæ post notas **ELVS** in  
**EVSEBIVM** legitur p. 315-317.  
edit. Mogunt. 1672, in fol.

(m) in *Crit. Baron. T. I. ad a. C.*  
64. n. VI. p. m. 52. b. & 53. b. c.  
dit. cit.

(n) Vtrinque extat in *Actis SS.*

iii. lxx. T. VII. p. 178-184.

(o) prodit una cum **VICTORII**  
Aquitani *Canone Paschali*, Ant-  
werpiae 1634, fol.

(p) in *Actis primorum Martyrum*  
*fincris & selecbris*, p. 617. sq. e-  
dit. secunda Amstelod. 1713.  
in fol.

feriarum invenio in Kalendario antiquissimo Ecclesiæ Carthaginensis, quod immortalis MABILLONIVS, felici casu, in Monasterio Cluniacensi, veterissimi Codicis MS., qui B. HIERONYMI Commentarios in *Esaiam Prophetam* continebat, ligneo operculo, tinea ac vermis corroso, affixum reperiit, cuiusque natales ille ad Sec. V., idoneis rationibus suffultus, refert, scripturam autem Seculo VII. non inferiorem esse, IDEM contendit (q).

Ceterum antiquitatem festi Dedicacionis Ecclesiæ Festum S. Michaelis Romæ celebrati satis evincit Calendarium antiquum S. Romanæ Ecclesiæ (r), quod Sec. IV. aut faltim initio Sec. V. conditum existimant celeberrimi illius Editores (s). Hoc enim, quem præter Sanctorum nomina, qui singulari veneratione Romæ colebantur, etiam stationes antiquas assignet, ac suum singulis per anni circulum diebus legendum Evangelium repræsentet, ad diem XXIX. mensis Septembris (ss) sequentia profert: DEDICATIÖ ECCLESIAE S. MICHAELIS ANGELI, secundum Matthæum cap. CLXXVIII. Accesserunt discipuli ad IESVM dicentes, quis putas maior est in regno, usque, salvare quod perierat. Illud quoque observatione dignum est,

(q) V. EIVS veterum Analektor. T. III. p. 492. edit. primæ Parisiens. 1682. in 8. & p. 163. edit. sec. locupleitoris, itidem Parif. 1723. in fol. Kalendarium ipsum exhibet præter MABILLONIVM l. c. p. 398-401. edit. primæ & p. 163-167. edit.

sec. RVINARTVS quoque, l. c. p. 618. sq.

(r) Extat in MARTENE & RAND Thefauri novi Anecdotorum, Tomo V. a col. 65-84.

(s) l. c. col. 63. & 64.

(ss) l. c. col. 77.

est, *Calendarium nostrum in recensione Lectionum mensis septimi (t) inter Dominicas post S. Laurentii & ante natale Domini memorare VI. Dominicas post S. ANGELI scil. diem Solis.*

2) *in Martynico Martyrologio, potius Calendario Eccles. Germ. Beckiano.*

3) *in Calendar. Rom. quod Fyonto e- didit,*

Huic statim subiungam *pervetussum Ecclesiæ Germanicae Martyrologium*, olim a B. MATTHIA FRIEDER. BECKIO editum & libro commentario illustratum (tt), quod rectius tamen monente IO. BAPT. SOLERIO (u) *Kalendarium inscribi debuisset.* In illo enim ad III. Kal. Sept. leguntur verba, minio in Cod. MS., quem olim in splendidiss. Bibliotheca Raymundo Krafftiana semel iterumque manibus meis traetavi, exarata: *Dedicar. Sci Michaelis archan.* Cum itaque hoc *Calendarium* a quodam Presbytero seu Monacho Sec. VII. conscriptum videatur B. BECKIO (\*), de antiquitate nostri Festi facile inde concludi potest.

Succedat aliud *Calendarium Romanum*, quod potius *Capitulare Evangeliorum de anni Circulo inscribi debuisset* (x), ex MS. Cod. S. Genovese apreis litteris (t) l.c. col. 81.

(tt) *Auguste Vindel. 1687. 4. MS. Codex olim erat in Bibliotheca Editoris, ex qua cum aliis praestantissimis Codicibus MSS. in Bibliothecam perill. RAYM. KRAFFTII, Consulis olim Reipubl. Ulmiane meritissimi, & Suevia mea PEirescii translatus est; vid. meam Notitiam Codd. MSS. Biblioth. Raym. Krafft. p. 14. sqq.*

(u) *in Prefat. ad Martyrologium*

VENARDI, (quod Antwerpice 1714. & 1717. in fol. edidit atque Act. SS. m. Iun. Tom. VI. & VII. subiunxit.) cap. I. Artic. I. & II. p. VI.

(\*) l.c. Cap. III. p. 23. sqq. cf. celebert. SCHELHORNIT Annates literariae, T. III. p. m. 76. sqq.

(x) ut docet BALVIZIVS Capitular. T. II. p. 1156., ubi simul explicat, quid significet Capitulare Evangeliorum de circulo

teris ante nongentos annos scripto, cum notis editum  
atque eruditissimis dissertationibus illustratum a IO.  
FRONTONE, Academæ Parisiensis olim Cancellario (y),  
et verosimiliter admodum inter annos p. C. n. 714. &  
741. conscriptum (z). In hocce enim (a) pariter oc-  
currunt verba: DIE XXIX. MENS. SEPT. DEDI-  
CATIO ECCLESIAE ARCHANGELI. secundum  
Matth. cap. CLXXXVIII. Accesserunt ad Iesum, usque  
semper vident faciem Patris mei, qui in coelis est. Et  
dolendum sane est, apud MARTENIVM & DV RAN-  
DVM (b) nonnisi Fragmentum extare veteris Calenda-  
rii ante mille annos exarati ex MS. Corbeiensi, in il-  
loque mensē Septembrem deficere, hicce enim si  
adesset, in illoque pariter Festum Dedicationis Eccle-  
sie S. MICHAELIS occurreret; fortius adhuc argu-  
mentum pro hac festivitate in Ecclesia Romana iam il-  
lo tempore recepta inde desumi posset. Ceterum  
cum Liber Comitis, sive Lectionarius per circulum  
 anni auctus a THEOTHINCHO Presbytero, atque edi-  
tus a BALVZIO (c), tot additionibus locupletatus sit,

D

ut

- annī scilicet Librum, in quo  
descripta erant initia & fines  
evangeliorum uniuscuiusque (z) V. FRONTONIS Prænotata  
diei; cf. etiam Car. DV FRES-  
NE Glossar. med. & inf. Latini-  
nit. T. II. col. 269. & T. IV. col.  
96. edit. recentiss.  
(y) Lutetiae Parisor. 1652. Rari-  
lium Libellum una cum Io.  
FRONTONIS Epistolis & Dis-  
sertationibus Ecclesiast. recu-  
dendum curavit Io. Alb. FA-
- ERICVS, Hamburgi 1720.  
8. a pag. 123 - 266.  
(z) V. FRONTONIS Prænotata  
ad hoc Calendar. §. 2. p. 128.  
sqq. edit. Fabricianæ.  
(a) p. 231. sq. edit. cit.  
(b) in Theb. N. Anecdotor. T. III.  
à col. 1591 - 1594.  
(c) in Append. Actor. vet. ad Ca-  
pitularia RR. Francor. T. II.  
col. 1309. - 1351.

ut omnium *Calendariorum veterum* recentissimum  
merito haberi debeat (d); mirandum sane est, illum  
neutrius S. MICHAELIS Festi mentionem facere.

(a) in Or-  
dine sola-  
ri anni, s.  
Calenda-  
rio Sec. IX. At supersunt adhuc duo *Calendaria* satis antiqua, in  
quibus non modo memoratum hucusque Festum oc-  
currat, sed cuiusdam adhuc novi mentio sit. Sic enim  
*Ordo solaris anni*, s. *Kalendarium a. C. DCCCXXVI.*  
scriptum vel concinnatum (e), uti *DACHERIO* (f)  
probabiliter admodum videtur, ad *VIII. Idus Maii* (g)  
habet: *Inventio saneti Michaëlis Archangeli in Monte*  
*Gargano*, & ad *III. Kal. Okt.* (h) leguntur verba:  
*Dedicatio Basilice S. Michaëlis Archangeli*. Aliud  
(i) in vero *Calendarium antiquum Corbeiense* (i), quod ius-  
su *RATOLDI Abbatis*, a. 986. demortui, conscri-  
ptum, atque ex alio vetustiori Codice Atrebatensis  
S. Vedasti Monasterii exscriptum fuit (k), prius, no-  
viterque inventum Festum ad *VIII. Idus Maii* (l) sic  
exprimit: *Revelatio Basilice S. Michaëlis Archangeli*,  
in designando posteriori vero ad *III. Kal. Okt.* (m) iis-  
dem verbis utitur, ac modo excerptus *Ordo solaris*  
*anni Dacherianus*.

His

- (d) ita sentiunt MARTENE & I. c. p. 64.  
DVRANDVS in *Admonitione* (g) I. c. p. 65. B.  
antiquo *Calendario S. Eccl.* (h) I. c. p. 67. a.  
Rom. præmissa, *Theſ. N. An-* (i) Hoc exhibent MARTENE &  
*ecdotor. T. V. col. 63 & 64.* DVRAND in *Theſ. N. Anecd-*  
(e) extat in D' ACHERY *Spicile- gio*, T. II. a pag. 64-68. edit. re- (k) V. EORVM *Admonitio prævia*,  
cent. per Ludov. Francisc. Jo- I. c. col. 1547. & 1548.  
sep̄. DE LA BARRE curate. (l) I. c. col. 1597. D.  
(f) V. EIVS *Monitum præmissum*, (m) ibid. col. 1602. B.

His duobus *Calendariis*, quæ utriusque *Festi ignotum*, in honorem S. MICHAELIS meminerunt, subiectam <sup>tamen</sup> *tribus ali-*  
*Kalendaria* a supra laudatis, iisque cele<sup>is Calen-</sup>  
*berrimis Duumviris, MARTENIO & DVRANDO,* e<sup>dariis,</sup>  
*tenebris eruta atque evulgata (n), in quibus ne γε* <sup>Floria-</sup>  
*quidem de festo Apparitionis Archangeli nostri occur-* <sup>cens, Sta-</sup>  
*rit. Primum est Calendarium Floriacense, quod eius Verdi-*  
*Editores in yetustissimo Codice Floriacensi, ante annos* <sup>nensi.</sup>  
*circiter nongentos scripto, reperierunt, illiusque*  
*Autorem existimant venerabilem BEDAM, cuius no-*  
*men etiam ante DCC. annos ab aliquo alio charactere*  
*additum fuit (o). Alterum est Calendarium Stabu-*  
*lense, quod præmissum est antiquo Sacramentorum*  
*Libro ab annis circiter septingentis conscripto (p).*  
*Tertiū denique est Calendarium Verdinense, quod*  
*tamen sexcentos annos superare non videtur (q). In*  
*his tribus enim solummodo ad III. Cal. Octobris (r)*  
*occurrunt verba: Dedicatio Basilicæ Archangeli Mi-*  
*chaëlis, quibus in Stabulensi quidem præmissæ sunt*  
*voces: in monte Gargano.*

Denique silentio non est prætermittendum, an Nova ap-  
*tiquum quoddam Calendarium, ex Codice Lyrensis pellatio*  
*Monasterii eleganter scripto ante annos sexcentos e-* <sup>nostri Fe-</sup>  
*ratum (s), nullum quidem S. MICHAELIS festum* <sup>st in Ca-</sup>  
*lendario* <sup>ad Monaste</sup>

## D 2

(n) in *Collect. ampliss. vet. Script. Monum. histor. dogma-*  
*ptor. & Monum. histor. dogma-*  
*ticor. moralium, Tomo VI. a*  
*col. 650-652. it. 668-678. & 679-*  
*685.* (o) V. EORVM Observatio præ-

(p) V. Hæc ipsa Observatio l. c.  
 (q) cf. medo memorata Observatio, l. c. col. 635-638.  
 (r) V. col. 672. A. 676. B. & 683. A.  
 (s) Prostat in codem Tomo III.  
 Theb. N. Anecdotor. a col. 1605.  
 1618.

rit Lyren ad d. VIII. Maii recensere (t), verum ad III.  
sis, Angli- Kal. Octobr. (u) hæc a veterisioribus Calendariis  
cano & Frisn- plane discrepantia verba habere: FESTVM SANCTI  
gens. MICHAELIS ARCHANGELI. Cum hoc quodam-  
modo consipiat Calendarium Anglicanum (x) antiquo  
Sacramentorum Libro, ad usum Ecclesie Anglicanæ  
conscripto, præmissum & anno Christi millesimo exara-  
rum (y), in quo scil. ad 3. Cal. Oct. (z) invenies ver-  
ba: S. MICHAELIS ARCHANGELI. Magis con-  
sentit Calendarium Missalis Frisingensis vetustissimum,  
cuius textus ante Sec. XI. conscriptus est, in quo ni-  
mirum ad d. XXIX. Sept. sequentia occurunt: FE-  
STIVITAS S. MICHAELIS ARCH. (\*). Sed hæc ex anti-  
quis Ecclesiæ Fastis excerpisse, sufficient, longe  
feli me- recentius enim est, quam ut in censum nostrum veni-  
minit quo- at, Calendarium Belgicum, continens festa & ieiunia  
que Calen- darium Provinciæ Mechliniensis (a), quod ad VIII. Id. Maii  
Belgicum. memorat Apparitionem S. MICHAELIS Siponti, &  
omissa solummodo vocula: Ecclesiæ sive Basiliæ, re-  
tinet ad III. Cal. Oct. veterem formulam, viz: De-  
dicatio S. MICHAELIS Archangeli. Transeundum  
igitur erit ad Martyrologia, ex iisque porro origines  
Festorum Archangeli eruendæ erunt.

(t) v. col. 1609. & 1610.

(u) l. c. col. 1613. & 1614.

(x) in Collect. ampliss. T. VI. a (a) Subiunctum est Io. MOLANI

col. 652-658.

(y) v. Observatio prævia, l. c. col.  
635 & 636.

(z) l. c. col. 656. E.

(\*) Vid. Io. Ge. ab ECKHART  
Commentarii de rebus Francia

May-

Oriental. T. I. in Append. n. IX.

p. 836. coll. p. 834.

Indiculo Sanctorum Belgij a  
pag. 105. b. usque ad finem libel-  
li, qui simul prodidit cum vs-  
ARDI Martyrologio Lovaniï  
1573. 8.

*Martyrologia* nihil aliud sunt quam *Facti Sanctorum* (b), atque in hoc præcipue a *Calendariis Ecclesiasticis* differunt, quod non unius loci propria, sed totius Ecclesiae fuere communia, quippe quæ universi orbis christiani Marryres Confessoresque generaliter continebant, in illisque porro nomina singularium urbium & oppidorum adscripta cernuntur, propterea quod ad usum totius Ecclesiae instituta sunt, ex pluribus enim diversarum urbium *Kalendariis* compositum est *Martyrologium* (c). Invicem vero iterum discrepant, cum nonnulla sint breviora, alia vero prolixiora magisque diffusa (d). Ceterum illa *Martyrologia*, quæ antiquitatis prærogativa atque auctoritate gaudent, ordine, quo confecti sunt, chronologico ita se excipiunt (e): 1) *Hieronymianus*, 2) *BEDAE*, 3) *FLORI*, 4) *Romanum parvum*, 5) *RABANI*, 6) *WANDELBERTI*, 7) *ADONIS*, 8) *VSVARDI* & 9) *NOTKERI*. Hi *Martyrologi* ad tres potissimum fontes reduci possunt, e quibus *ali* *Martyrolo-*

D 3 gi

(b) *V. DV FRESNE* in *Glossario allegato*, *T. IV. col. 573. edit. cit.*(c) *Vid. Henr. VALESIVS in Diff. de Martyrolog. Rom. l. c. p. 315. b. D.*(d) *De Martyrologiis in genere conferri merentur prater Io. MOLANVM in peculiari Libello, subiuncto ILLIVS editioni Martyrologii VGuardini Lovaniensi a. 1573. 8. a pag. 230. a. 255. b. Et BARONIVM in Tra-*

*Etatione de Martyrologio Romano*, præmissa edito ab IPSO Martyrol. Rom. a pag. I-XXV. editionis, quæ Colon. Agripp. 1610. 4. prodidit, *Io. Bapt. SOLLERIVS* in citata paulo superius (*nota (u)* p. 24.) *Præfatione* Martyrologio VGuardino *præfixa*, aliquæ *ibidem* p. IV, ab eodem laudati *Autores.* (e) *V. SOLLERIVS* in *cit. Præf. Cap. I. n. u. p. IV.*

gi suas aquas derivarunt (f), scil. 1) Hieronymianum, 2) BEdAE, & 3) Romanum parvum, ab ADONE Ravennae repertum. De singulis iam agam, ex iisque origines Feſtorum S. MICHAELI factorum eruam.

In specie agitur de Occidentalis illud est, quod sub S. HIERONYMI nomine circumfertur, tutius autem sub Hieronymiani ronymi appellazione indigitatur. Quisquis enim illius AV-  
TOr fuerit, hoc tamen extra dubitationis aleam posseum esse videtur, illud centum saltim circiter annis ante GREGORII M. Pontificatum extitisse, eiusque verustatem ab usque Seculo post C.N. sexto autoritate CASSIODORI, & inde a Seculo septimo testimonio BEdAE posse derivari (g), porro in illud verba GRE-  
GORII M., Pontificis Romani ab a. C. 590. usque ad a. 604, ad EVLOGIVM Alexandrinum Episcopum scripta optime quadrare (h). Hoc Martyrologium primus integrum ex Codice Monasterii Corbeiensis sexcentorum circiter annorum Parisis a. C. 1661. e-  
vulgavit felicissimus ille tot veterum Scriptorum ac Monumentorum editor, LYCAS DACHERIVS,  
fulgentissimum sacri Sodalitii Benedictini fidus (i), qui

(f) V. IDEM ibid. n. 12. P. IV.

(g) cf. SOLLERITI cit. Praf. l.c. n. 15. & 16. p. V. & MARTE-  
NE AC DVRANDI Thes. nov.  
Anecdotor. T. III, col. 1543. &  
1544.

(h) En ipsa GREGORII M. ver-  
ba; nos quem pene omnium

Martyrum distinctis per dies singularis passionibus collecta in uno Codice nomina habemus &c.  
cf. VALESIVS, l.c. p. 316. & FA-  
BRICII Lux salutar. Evange-  
lii &c. p. 210. & 266.

(i) in Spicilegii sui Tomo II. &  
pag. 1-23.

qui vero complures, non tamen omnes, HIERONYMI ætate posteriores Martyres, adde et alios festos dies, mutato charactere, scilicet Italico quem vocant, notari curavit (k). Illud ipsum Martyrologium Hieronymianum, sed duplex, unum prolixum; alterum brevius, septem post annis, iterum edidit FRANCISCVS MARIA FLORENTINIVS, Nobilis Lucensis, cum pluribus illius apographis collatum, atque eruditissimis notis, observationibus & exercitationibus illustravit (l). Optarem sane, ut huius editionis particeps fieri potuisse, siquidem ex laudatis ab eruditissimis Viris FLORENTINII observationibus haut pauca in meos usus dubio procul convertere potuissent, sed frustra quæsivi hunc librum in instructissimis alias Bibliothecis. Consulendæ itaque erunt aliæ Martyrologii Hieronymiani editiones, evariis Codicibus MSS. a DACHERIO, MARTENIO & DVRANDO, itemque SOLLERIO aliisque eratæ, & iuxta Veterum Apographorum ætatem collocandæ, ex illicisque Origines Festorum S. MICHAELIS investigabo, hac tamen præmissa observatione, purum putum Martyrologium Hieronymianum, quale ab Auctore primo conscriptum fuit, hodie vix extare, sed illud, sicut & BEADA, VSVARDI atque ADONIS, plures accessiones, diversis temporibus, tam a Clericis, quam a Monachis, paßum fuisse, adeoque in indagandis Festorum originibus non cœco impetu sequenda, quin

(k) V. EIVS præmissum Montum, I. c. Giornale de' letterati di Roma, A. 1668. p. 73.

(l) Prodiit Luccæ 1668. fol. teste

quin potius circumspete admodum in subsidium esse  
advocanda Apographa eius typis excusa (m).

*Festum*  
*Dedicati-*  
*onis Basí-*  
*lica S. Mi-*  
*chaëlis oc-*  
*dacherii ad*  
*Martyro-*  
*logio Hit-*  
*té, qui dicitur Garganus; illa tamen a recentiori ma-*  
*rōnym. i) nu adiecta fuisse, character italicus, quo hæc verba*  
*Dacherii*  
*2) Mona-*  
*sterii S.*  
*Germani*  
*Autissi-*  
*dorensi,*  
*3) in Mar-*  
*tyrologiis*  
*Gellonensi*  
*& Morba-*  
*censi.*

Et sane hoc ipsum quodam modo affirmandum quoque erit de *festis S. MICHAELIS diebus*, licet enim in sepius laudato *Martyrologio Hieronymiano* currit in verba: *Dedicatio basilicæ Archangeli Michaelis in mon-*  
*astery* (n) *qui dicitur Garganus;* illa tamen a recentiori ma-

typis exscripta sunt, satis superque indicat. Satis ta-  
men antiquum *hoc Festum*, quamvis non ad *HIERO-*  
*NYMI* aut mox insequentem ætatem pertingat, in *Ecclesias Occidentali* esse, evincit aliud *Martyrologium Hieronymianum* (o) mille circiter annorum, ex Codice *Monasterii S. Germani Autissiodorensi*, qui ante oœtin-  
gentos circiter annos exaratus fuit (p), typis evulga-  
tum, quod pariter ad *III. Cal. Okt.* (q) modo recentita verba habet, demitis modo postremis, scilicet: *in monte,* qui dicitur *Garganus.* Propterea non incongrue ar-  
gumentari censeo, si modo hæc ultima verba recen-  
tiorem *Martyrologij a DACHERIO editi additionem*  
statuero. Cum *Autissiodorensi Exemplo* amice per  
*Gellonensi* omnia conspirant *Martyrologia Gellonense* (r), ineun-  
te

- (m) Vid. *DACHERII citatum Mo-* T. III. a col. 1547-1564.  
*nitum l. c. & MARTENI ac* (p) V. *Admonitio previa, l. ma-*  
*DVRANDI previa Admonitio,* do c. col. 1545. & 1546.  
*in Thes. N. Anecdotor. T. III.* (q) l. c. col. 1560. D.  
col. 1543.-1546. (r) editum a *DACHERIO in Spici-*  
(n) l. c. p. 19. a. leg. T. II. a pag. 25.-37. cf.  
(o) quod extat in *MARTENE &* pag. 35. a.  
*DVRAND Thes. N. Anecdotor,*

tē Seculo IX., anno circiter 804., conscriptum (s) & Morbaciens (t) ex optimae notæ Codice, qui ad annos nongentos proxime accedit, descriptum (u).

Eadem verba ad III. Cal. Octobris retinent publicata a SOLLERIO tria Martyrologia (x) Richenoviense noviensis, (y), Augustinianum (z), & Labbeanum (a), quæ omnia Sec. IX. mox post tempora CAROLI M. conscripta sunt (b), præterquam quod Labbeanum adhuc adiiciat verba: *in monte Gargano*. Duo priora insuper ad VIII. Idus Maii alterius quoque Festi s. MICHAELI sacri mentionem faciunt, & quidem Richenoviense recentiori stilo adiecta habet verba (c): *in monte Gargano inventio Basilice S. Michaelis Archangeli*, cum e contra Augustinianum hanc festivitatem sic exprimat (d): *S. Michaelis Adventus S. Michaelis in monte Gargano*. Ab omnibus hucusque excerptis Martyrologiis discrepat Corbeiense brevius (e), ex mente DACHERII See. IX. scriptum, cui opinioni quidem nonnulla obiicit, illudque potius See. X. adiuto exaratum fuisse, contendit SOLLE-

(q). **E** - IM. 2. dicitur in libro martyrologio Martini ad annos 300. R. I.

- (s) V. Monitum praemissum p. 25.
- (t) evulgatum a MARTENIO & DV-  
RANDO in *Thef. N. A. T. III.*  
*a col. 1563.-72. cf. col. 1569. E.*
- (u) teste Admonitione pravia, *I.*  
*c. col. 1546. & 1547.*
- (x) Praemissa sunt Parti secunda  
Martyrologii Visiardini ab ipso editi, ad calcem Tomi VII.  
*Autor. SS. mens. Jun.*
- (y) *I. e. a pag. 5. - 15.*
- (z) *ibid. a pag. 45. - 22.*
- (a) *ibidem a pag. 22. - 30.*
- (b) Teste SOLLERIO in *Pref. ad hec Martyrologia Hieronymi contracta*, *n. n. - 16. l. c. pag. IV. - VI. cf. EIVS Pref. ad v-*
- (c) *SVARDI Martyrolog. Cap. I.*  
*Art. I. §. 2. n. 29. l. c. p. IX.*
- (d) *l. c. p. 18. b.*
- (e) *exhibetur tum a SOLLERIO, I.*  
*c. ad calcem T. VII. Autor. SS.*  
*m. Jun. a p. 31. - 37, tum a MAR-*
- (f) *TENIO & DV RANDO in Thef.*  
*N. A. T. III. a col. 1571 - 1583.*

RIVS (f), at DACHERII sententiam propugnarunt & SOLLERIVM refutarunt laudati saepius Duumviri MARTENIVS ac DVRANDVS (g). Hoc enim Martyrologium Corbeicensis brevius ad VIII. Id. Maii nullum memorat Festum s. MICHAELIS, sed ad III. Cal. Octobr. (h) sequentia exhibet verba: Romæ miliario sexto, dedicatio Basilicæ angeli Michælis, vel in monte, qui dicitur Garganus.

6. in Martyrologiis Turonensis, S. Maximini Trevirensis & Autissiodorensis.

Supersunt adhuc ex Codicibus Martyrologii Hieronymiani tres, scil. 1) Fragmentum per vetusti Martyrologii Ecclesiae Turonensis (i), ex Codice 800. minimum annorum descriptum (k), 2) Martyrologium S. Maximini Trevirensis (l), quod falso inferribitur: Libellus annalis Domini BEATAE presbyteri, pariter ante annos 800. exaratum (m), & 3) Martyrologium Autissiodorensis Ecclesiae (n), parilis fere etatis. Neutrūm horum Apparitionis MICHAELIS meminit, duo insuper priora (o) cum Gellonenſi quoad festum Dedicationis Ecclesie huius Archangeli amice concordant, ultimum vero ad d. 29. Sept. (p) sequentia exhibet: in monte Gargano venerabilis memoria s. MI-

CHA\*

(f) in Pref. ad Martyrol. Hieron. contr. l. c. n. 17. - 19. p. VI. sq.

(g) in Collect. ampliss. T. VI. col. 633. & 634.

(h) apud SOLLERIVM, l. c. p. 36. a. & apud MARTENIVM, l.

a. T. III. col. 1583. E. a. col. 1587. - 1592.

(i) extat in Thes. N. A. T. III. a. col. 635. & 636.

(j) extat pariter in Collect. ampliss. T. VI. a. col. 635. - 638.

(k) v. Admonitio prævia col. 1547.

& 1548.

(l) proflat in MARTENE & DV-  
RAND Collect. ampliss. T. VI.  
a. col. 635. - 668.

(m) V. Observatio prævia, l. c. col. 635. & 636.

(n) extat pariter in Collect. ampliss. T. VI. a. col. 635. - 738.

(o) l. c. col. 1590. A. & col. 646. D.

(p) l. c. col. 722. E.

CHAEELIS Archangeli, ubi multa mirabilia Deus ostendit. Romae Dedicatio Oratorii S. MICHAELIS, quod venerabilis Bonifacius Pontifex dedicavit in summitate circi miro opere altissime porrectum. Sed haec sufficient de Martyrologis Hieronymianis, e quibus duo solummodo Festi apparitionis mentionem faciunt. Iam transeamus ad Martyrologia BEDAE, &, qui eum additamentis locupletavit, FLORI.

Martyrologium Venerabilis BEDAE, a. C. 735. De Mart. mortui (q), primum quidem prodiit Antwerpiae 1564. tyrologio Bedae & in 12. apud Plantinum, sed multis modis ex ADONE Flori generali interpolatum (r), quale etiam illud est, quod inter Opera EIVS occurrit (s). Genuinum vero se quaedam tandem Divioni in Burgundia in Bibliotheca BOVHEM. præmit- RII invenisse, gloriantur (t), illudque postea cum FLORI Auctario ex tritum Codicum collatione, cum plurimis additionibus ac supplementis, ediderunt (u) celeberrimi Actorum SS. Antwerpierum continua- tores, HENSCHENIUS & PAPEBROCHIUS. Il-

E 2 p. 293. illud

(q) V. præter innumeros alios B. lo, Alb. FABRICII Biblioth. latin. med. & inf. etat., T. I. L. I. p. m. 495.

(r) Vid. IO. BOLLANDI Pref. ad. Tom. I. Actor. SS. mens. Ianuarii, p. XL. sq. cf. Godofr. HENSCHENIUS & Dan. PAPEBROCHII Prologus ad BEDAE Martyrolog. genuinum cum Auctario FLORI. id., in limine T. II. Actor. SS. m. Mart. p. VII. F. Carolus LE COINTE

in Annal. Ecclesiast. Francor. T. IV. ad a. 708. n. XVII. sqq. p. 406. sqq. & denique SOLLE-

RIVS in Praef. ad YSVARDI Martyrolog. Cap. I. Artic. II. n. 45. Jqq. I. c. p. XIII. sqq.

(s) Tomo III. a col. 277. - 362. edit.

Colon, a. 1612, in fol.

(t) in Prologo ad not. (r) cit. n. 6. p. VI. C.

(u) in Prolegomenis ad Tom. II. Actor. SS. m. Mart. a pag. VIII. - XLII. n. 1. v. (v)

Iud ipsum porro iterum recensuit & **BEDA** *Historia Ecclesiast. Gentis Anglorum* subiunxit **JO. SMITH**, *Cantabrigie 1722. in folio* (x). Cum vero **BEDA** *centum & octuaginta dies vacuos reliquerit*, illas non modo maximam partem supplevit, sed etiam nonnulla fusori, quam apud **BEDAM**, stilo enarravit, & recensit ab **EODEM Sanctorum nominibus** nonnunquam plura adhuc adiecit **FLORVS** (y), cuius propterea *Auctarium minori charactere edi curavit PAPEBROCHIVS* (z), et illud distingueret a genuino **BEDA** *Martyrologio*. Hac communis omnium Eruditorum opinio erat per quinquaginta ferme annos, nec illi quicquam oppositum fuit, praterquam quod nonnulli *solum OO. SS. festivitatem*, ceu additiam, expungendam censuere. At enim vero sententiae fere universaliter receptae tandem contradixit **SOLLERIVS** (a), atque argumentis admodum verisimilibus conieclavit, totum **BEDA** *Martyrologium*, vel potius eius elementa, ita in **FLORI** opus transfusa, & utriusque conamina in unum idemque opus conflata esse, ut frustra laboraverint **HENSCHENIVS** & **PAPEBROCHIVS**, quo **FLORI** stilum a phrasib; **BEDA**, illiusque auctaria ab huius propriis tex-

(x) teste *I. A. FABRICIO* in *Liber salutari Evangelii Eccl. cap. XI. p. 21.* IDEM tamen in *Biblioth. lat. med. & inf. etat. T.I. p. 504.* hanc editionem *Londinensem* vocat. Ego ipse eam hucusque nondum vidi.

(y) *V. LE COINTE*, *l. c. T. IV.*

ad a.708. n. XX. p. 47. sq.  
(z) loco nota (u) allegato; cf. ibidem *Prologus* *præmissus & solerivs* in mox citanda *Præfatione* n. 46. p. XIII.  
(a) in *Præfat. ad Usuardi Martyrolog. Cap I. Artic. II. n. 47. sqq.*  
l. e. p. XIII. sqq.

textibus segregarent. Novam mox subiicit coniecturam SOLLERIVS, scilicet BEDAE partum primigenium a FLORI auctariis optime segregari posse ope Martyrologii metrici, quod sub eius nomine circumfertur. Extra limites vagandum esset, si hanc SOLLE-  
RII coniecturam sub accuratius examen revocare vellemus. Nec quicquam exinde utilitatis in nostram Tractationem redundaret, cum utrumque BEDAE Martyrologium, tam profaicunt, quam metricum, quod posterius tamen rectius alii Auctori tribuendum erit, festivitatis S. MICHAELIS meminerit.

In viam igitur redeamus, atque ex genuino Festi S. Martyrologio BEDAE (placet enim, receptam a Maioribus sententiam sequi,) annotabimus, ad VIII. Id. Maii (b) vacare BEDAM, nihilque proferre ELO-  
RVM, sed alias Codices recentiores, scil. Atrebaten-  
sem, Tornacensem & Lætensem (c) sequentia adiice-  
re: ipso die apparitio S. Michaëlis in monte Gargano.  
E contra ad III. Cal. Octobr. (d) ipse BEDA annotavit:  
Dedicatio Ecclesie Sancti Angeli Michaëlis, id quod  
MSS. EIVS Vaticanum & Monasterii S. Cyriaci in thermis plenius exposuerunt: Romæ via Salaria Millario septimo (\*) dedicatio basilicæ S. Archangeli Michaëlis vel in monte qui dicitur Garganus, ubi multa mirabilia Deus ostendit. Brevitatis studio ea excerpere o-  
mitto additamenta, qua Martyrologium BEDAE in-

É 3 ter

(b) v. *Editio BEDAE Papbrochia-*

*na ante T. II. m. Mart. Aucto-*

*SS. p. XIX. A.*

(c) *ibidem*, l. modo c.

(d) *ibid. pag. XXXIII. F.*

(\*) *Hæ antecedentes quinque voces*  
*deflunt in Codice MS. Monasterii*  
*S. Cyriaci in thermis.*

itemque metri-  
cum, quad  
sub eius  
nomine  
circum-  
fertur,

terpolatum, atque EIVS Operibus insertum (e), ad-  
iecta habet. Prodeat potius Martyrologium metri-  
cum (f), quod sub BEDEAE quidem nomine circum-  
fetur, at alium Autorem habet, natione Anglum.  
BEDAE temporibus æquale est, saltim Sanctos BEDE  
posteriores non habet (g). Hoc autem nostrum Fe-  
stum hoc metro exprimit (h);

Michælis ternas (\*\*) Templi dedicatio sacrat,  
altera festivitate, scil. apparitionis, alto silentio  
pressa.

porro 2) Succedat celeberrimum illud Martyrologium  
Martyro- Romanum parvum, quod cupide quidem quæsivit,  
logium at reperire non potuit BARONIVS (i). Illud tandem  
Roma- ex Carthusia Coloniensi naëtus est, cumque ADONE,  
num par- cui in Cod. MS. Abbatiae Colonensis ad S. Pantaleonem  
vum. præfixum erat, vulgavit Antwerpiae 1613. in folio,  
a que PAVLO V. P. R. dedicavit HERIBERTVS  
ROSWEYDVS (k), recusum postea in Bibliotheca Pat-  
trum maxima (l). Quamvis enim in eo hallucinetur  
ROSWEYDVS, quod hocce martyrologium pro illo ven-  
ditet, cuius GREGORIVS M. in epistola ad EVLOGIVM  
Alexandrinum superius citata meminit (m), illudque  
potius Hieronymianis longe recentius, nec pro

(e) L. c. vol. 337, sq.

(f) extat in d' ACHERY Spicile-  
gia, T. II. p. 23, sq.

(g) V. præmissum Monitum, p. 23.

(h) L. c. p. 24. b.

(\*\*) subintellige: Calendas.

(i) Vid. EIVS Prolegom. ad Mar-  
tyrolog. Roman. cap. VIII. p. m.

XVI. sqq. nimbis oīen

(k) V. FABRICII Bibl. Gr., Vol.  
IX. p. 36.

(l) Tomo XVI. a pag. 810. - 822. e-

dit. Lugdun.

(m) V. EIVS Prefatio, illique

subiuncta Elogia de hoc Marty-  
rologio, L. c. p. 811.

*martyrologio universali* habendum sit, uti præter alios solide docuerunt IO. FRONTO (n) & HENR. VALESIVS (o); hoc tamen, mea quoque ex sententia, extra omnem dubitationis aleam positum est, *nostrum Martyrologium ab ADONE*, Seculi IX. Scriptore, summo iure vocari *venerabile & perantiquum Martyrologium, ab urbe Roma Aquileiam cuidam S. Episcopo a Pontifice Romano directum*, quod ipsi, Ravenna subsistenti, religiosus quidam Frater per aliquot dies commodavit, ille vero diligentie cura descripsit, suoque *Martyrologio* præfixit. Quapropter sèpius hucusque laudatus *SOLLERIVS* laudabili defunctus est opera, quod hoc ipsum venerandum vetustatis monumentum contra *SAVSSAYI, FRONTONIS, FLORENTINII & VALESII* obiectiones vindicaverit, illiusque nomen atque autoritatem ex illius characteribus propriis, stilo, genere, ætateque demonstraverit (p). Iam vero si illud ipsum evolvamus, nullum quidem *s. MICHAELI* sacrum diem in *mensa Maio* offendimus, sed ad *III. Kal. Oct.* annotatum legitur (q): *in Monte Gargano venerabilis memoria Archangeli Michaelis.* Et Romæ dedicatio Ecclesiae eiusdem Archangeli a B. Bonifacio Papa constructæ in Circo, qui locus Internubes dicitur.

## Ex.

(n) in *Prenotatis ad Calendar. Roman.* §. 8. l.c. p. 140. sq.

*tyrolg. Cap. II. l.c. a pag. XX. XXXIX.*

(o) in *sepius allegata Diff. de hoc ipso Martyrologio*, l.c. p. 317. b.

(q) in *Biblioth. PP. max. T. XVI. p. 819. H.*

(p) in *Præfat. ad VSVARDIMar-*

<sup>itemque 3)</sup> Exclusis fontibus, seu illis Martyrologiis, e qui-  
Rabanus, bus sequentes Martyrologi sua potissimum depromse.  
Maurus, runt & compilariunt, hos pariter simili diligentia, &  
ordine, quo quilibet scriptis, chronologico perse-  
quar, festos MICHAELIS dies in illis percutaturus.  
Primus occurrit RABANVS MAVRVS, illustri profa-  
pia Moguntiae a. C. 785. natus, ex Monacho Fuldenfi  
tandem Archiepiscopus Moguntinus factus, atque a. C.  
856. demortuus (r). Is circa a. C. 845. Martyrologi-  
um (s) confecit, illudque ex BEADA & FLORO de-  
scriptis, atque ex Hieronymiano auxit (t). Dum id  
ipsum evolvimus, nulla occurrit mentio Festi cuius-  
dam apparitionis S. MICHAELIS, in aliis supra ad-  
ducitis Martyrologiis mensē Maio obvii, sed modo ad  
d. XXIX. Sept. (u) haec pauca invenies verba: Dedi-  
catio Ecclesie S. Angeli MICHAELIS in Monte Gar-  
gano.

<sup>S. 4)</sup>  
<sup>Wandel-</sup>  
<sup>bertus</sup> Eodem circiter tempore, scilicet vel a. C. 842.  
vel 848 (x) WANDELBERTVS, Prumiensis Mo-  
naster-

(v) cf. de eo prater complures a-  
lios RUDOLFI Presbyteri Vi-  
tam Rabani, in Christoph. BRO-  
WERI Antiquitat. Fuldenf. L.  
III. cap. XIV. a pag. 222-251.  
add. L. IV. p. 276. sq. Is. Frid.  
SCHANNATI Histor. Fuldenf.  
P. III. cap. V. p. 102.-106. Io.  
Franc. BVDDEI Diss. de Raban-  
no, Iena 1724. libbitam, & Io.  
Alb. FABRICII Biblioth. latin.  
med. & inf. etat. Vol. VI, quod  
Ehrifli, SCHOETTGENIVS ad-

didit, L.XVII. pag. 68. sqq.

(s) extat in Henr. CANISIVI Le-  
ction. antiqu. T. II. P. II. a pag.  
313.-352. edit. Basnagianae.

(t) V. SOLLEIRI Pref. ad vsu-  
ARDI Martyrolog. Cap. I. Artic.

III. §. 2. n. 64-66. l.c. pag. XIX.

(u) apud CANISIVM, l.c. p. 342.

(x) V. DACHERII Monitum pra-  
missum WANDELBERTI Mar-  
tyrologio, in ILLIUS Spicileg.  
T. II. p. 38.

nasterii Diaconus & Monachus (y), *Martyrologium* (z) versibus hexametris ad LOTHARIVM Imp. scripsit, quod post priores minus integras editiones, quæ sub Ephemeridis titulo inter BEDAE *Opera* (a) & cum IO. MOLANI *Vñuardo* lucem iam pridem viderant, integrius, præmissa WANDELBERTI ad OTRICVM Præfatione vulgavit LVCAS DACHERIVS (b). Sic autem ad III. Kal. Oct. canit noster WANDELBERTVS (c), qui inter Martyrologos seu Florilegus considerandus est:

Aetherea virtute potens, princepsque supernæ  
Militiæ MICHAEL terno sibi templa sacravit.  
Ordine succedit ADO, non Trierensis Seculi  
demum XI., ut BARONIVS (d), BELLARMINVS (e)  
aliisque contendunt, sed potius Viennensis in Gallia  
Archī-Episcopus, iam a 874. d. 16. Dec. defunctus (f).  
Huius industriae debemus paulo superius memoratum  
*Martyrologium Romanum parvum*, ab ipso  
F. RAVENS

- (y) De quo cf. FABRICIVM l. (a) Tomo I. p. 191-213. edit. Colon.  
modo c. Vol. VI. L. XXI. p. 877.  
ibique citatos.  
(z) De hoc evolvas velim MOLANI *Libellum de Martyrologiis*,  
l. c. cap. 5. p. m. 235. b. q. BA-  
RONII Pref. ad *Martyrolog.*  
*Roman.* cap. IX. p. m. XX. CAR-  
LE COINTE in *Annal. Ecclesiast.*  
*Francor.* T. IV. ad a. 703. n.  
XXI. p. 471 sq. & SOLLERIVM  
in *Præf. ad Vñuardum*, Cap. I.  
Artic. III. §. 1. n. 60, 63. l. c. pag.  
XVI. - XVIII.
- ut 55  
Ado,
- (b) in *Spicilegii Tomo II.* a pag.  
39. - 64.  
(c) l. modo c. p. 53. a.  
(d) l. nota (z) c. cap. IX. p. m. XX.  
qui tamen postea errorem suum agnovit, illumque emenda-  
vit in *Annal. Ecclesiast.* T. X. ad  
a. 878. n. 35.  
(e) in *de Scriptoribus Ecclesiasticis*
- (f) cf. de COLE COINTE, l. c.  
T. IV. ad a. 703. n. XXII. p. 472.  
meng 22 vñnde in 11' vñnde in (d)

Ravennae obtentum atque descriptum, quo etiam potissimum duce usus est in conficiendo suo Martyrologio. Hoc primus, sed mutilum edidit ALOYSIVS LIPOMANNVS, *Episcopus Veronensis* (g), postea ex quatuor Codicibus MSS. recensuit IAC. MOSANDER, *Carthusianus Colonensis* (h), tum ex tribus aliis antiquioribus emendatum notisque illustratum evulgavit HERIBERTVS ROSWEYDVS (i), insertum deinceps Bibliothecae Patrum maximae (k), novissime autem ope Codd. MSS. Bibliothecae Vaticanae recognitum & annotationibus illustratum prodit opera & studio GEORGII Romæ 1746. II. Partibus in folio (l), quam editionem vero hucusque videre, manibusque trastare, non licuit. Ceterum in illa ROSWEYDI editione (m) ad III. Calend. Octobr. valde prolixus occurrit locus de apparitione s. MICHAELIS Archangeli in monte Gargano, ibique in eius honorem constructa æde, quem exscribere nolo, cum paulo inferius hæc omnia repetenda erunt, quando ipsam de hac apparitione.

- (e) *Antwerpia 1613. fol. v. fabr. l. modo c. p. 42.*
- (f) *Antwerpia 1613. fol. v. fabr. l. modo c. p. 42.*
- (g) *Sq. SÖLLERII Praef. ad VII. fund. Cap. III. Artic. I. n. 150. sqq.*  
*I. c. p. XL. sq. & FABRICII Bibl. lat. med. & inf. at. T. I. L. I. p. 42. & 43.*
- (h) *Tomo IV. de Vitis SS. pag. 150. sqq.* Venetii a. 1554. editio, teste ROSWEYDO in *Praef. ad ADONIS Martyrolog. in Biblioth. PP. max. T. XVI. p. 823. C. & SÖLLERIC in modo cit. Praef. n. 147. p. XXXIX.*
- (i) *In Tomo VII. de vitis SS. quem*
- (j) *SVRRO succedaneum dedit Colonia 1581. fol. v. ROSWEYDI Praef. l. modo c. p. 42.*
- (k) *Tomo XVI. a pag. 830. 905.*
- (l) *Indicatur hæc editio & recensetur in den Leipziger Geschriften Zeitungen ad a. 1746. n. 81. p. 753. sq.*
- (m) *In B. PP. M. T. XVI. p. 887. b. & 888. a.*

ritione traditionem enarravero. Sufficit igitur, solummodo initium & finem relationis Adoniana referre. Illius hic tenor: *In monte Gargano venerabilis memoria beati Archangeli MICHAELIS, ubi ipsius consecrata nomini habetur Ecclesia, vix facta schema te, sed coelesti preedita virtute. Vertice siquidem montis excelsi posita, de corpore eiusdem saxi, speluncæ in star præcavato, ostenditur; in fine autem sequentia leguntur; sed non multo post Romæ venerabilis etiam BONIFACIUS Pontifex Ecclesiam S. MICHAELIS nomine constructam dedicavit, in summitate Circi cryptatam miro opere altissime porrectam. Vnde & idem locus in summitate sua continens Ecclesiam Internubes situs vocatur.* Quod reliquum est, sive cuius tam  
ADONIS editioni ROSWEDVS subiunxit Appendi-  
men re-  
centior ad hoc ipsum Martyrologium, a recentiori quo appendix adiecitam duplex cuius tamen ætatem non definivit; adiecitam. In illa vero ad 8. Kal. Aprilis (n) occurruunt verba: ad huc Mi-  
chaelis se-  
cundum me- victoria MICHAELIS Archangeli contra Draconem, ad huc Mi-  
chaelis se-  
cundum me- & ad 8. Id. Maii (o) sequentia leguntur: *in monte morat. Gargano apparitio S. MICHAELIS Archangeli, quando illa sagitta, velut flamme retorta, eum, a quo iactata est, mox reversa percussit: & dictum est ad Episcopum: Ego sum Michaël Archangelus, qui in conspectu Dei semper affiso.*

ADONI coætaneus erat VSARDVS, Gallus, Vsuardus Monachus S. Germani Pratenensis (p), quippe qui Martyro-  
logium F 2 CARG-

(n) in B. PP. M. T. XVI. p. 907. H. Pref. ad VSARDVM, Cap. III.

(o) ibidem, p. 909. A. Artic. II. n. 159. sqq. l.c. p. XLII.

(p) V. SOLLEIRI sepius citata sqq. FABRICII Bibl. Gr. Val.

genuinum CAROLO CALVO (\*), postea Imperatori, circa a.  
julis fe- 875. Martyrologium suum dedicavit. Illud ex ADO-  
sti Dedi- NE contraxit, S. Martyribus Cordubensibus, non-  
cationis nullis Hieronymianis, nonnullis popularibus, ac  
meminit; paucis aliunde mutuatis coagmentavit, & BEDAM  
quoque secutus est VSARDVS noster (q). Huius  
Martyrologii longe maxima olim erat & adhuc hodie  
est per omnem fere Galliam autoritas, illoque per  
longum tempus Romana etiam aliaeque Ecclesiae usae  
sunt (r). Non mirandum igitur est VSARDVM in-  
numeris vicibus variisque in locis typis suis eulga-  
tum (s); at enim vero cunctæ vetustiores editiones  
minus sincerae erant, genuinam tandem ad editiones  
XIV. impressas, & Codd. MSS. integros XVII., ali-  
osque ferme quinquaginta se adornasse profitetur 10.  
BAPT. SOLLERIVS S.I., ediditque Antwerpia 1714.  
& 1717. in folio (t). Sed anno vertente, nimirum  
1718.

IX. p. 37. & latin. med. & inf.  
at. L. XX. p. 860.

(\*) Non CAROLO M. Imp., quem  
errorem e SIGERERTO aliis-  
que recoxit Gerh. JO. VOSSIUS  
in de Historicis Latinis, L. II. c.  
31. p. m. 299. sq. edit. Lugd. Bat.  
1651. 4., & novissime adopta-  
vit B. IOECHERVIS im allge-  
meinen Gelehrten Lexico, P. IV.  
col. 1748. sq., cum tamen ille  
solide refutatus fuerit a CAROLO  
LE COINTE, L. c. T. IV. ad a.  
708. n. XXIII. p. 473. / q. & SOL-  
LERIO, l. modo c.

(q) ita sentit SOLLERIVS, L. c.  
Cap. I. n. 14. p. V.

(r) V. HENSCHENII & PAPES  
PROCHII Prof. ad Martyro-  
log. BEDAE, n. 15. Ador. SS. m.  
Mart. T. II. p. VIII. A. & lo.  
LAVNOVA in de discriminine in-  
ter Dionys. Areopagitam & Dio-  
nyssum Parif. Episcopum, Opp.  
EIVS T. II. p. 499. sq. cf. FA-  
BRICII Bibl. Gr. Vol. IX. p. 37.  
& lat. med. & inf. at. Vol. VI.  
p. 861. sqq.

(s) Plurimæ VSARDI editiones  
recensentur a SOLLERIO in

1718. novam editionem ex ipso, ut non dubitat,  
**VSVARDI** autographo, quod in Abbatia Sangerma-  
nensi servetur, curavit **IACOBVS BOVILLART**,  
Presbyter & Monachus Benedictinus e Congregatio-  
ne S. Mauri, *Lutetiae Parisiorum* in forma, quam  
vocant *quarta*, qui multa contra **SOLLERIVM** eius-  
que editionem monuit (u). Eo magis itaque opta-  
rem, ut utraque editio ad manus esset, quo illas in-  
vicem conferre possem; sed deficiente **VSVARDVS**  
**BOVILLARTI**, dux sequendus erit **VSVARDVS**  
**SOLLERII**. Sincerum autem **ILLIVS** exemplar au-  
toritate tot *Cod. MSS.* suffultum, apud modo dictum  
**SOLLERIVM** (x) ad III. Kal. Octobr. ea ipsa profert  
verba, ne apice in illis mutato, quae paulo superius  
ex *ADONIS Martyrologio* excerpti, scil. a verbis *in*  
*monte* &c., usque ad verba: *prædicta virtute*. Nec  
**VSVARDVS** ullius alterius *Festi* in honorem s. MI-  
CHAEALIS meminit, præterquam illius, cuius memo-  
riam hodie recolimus.

Iam vero si *Auctaria VSVARDI*, quæ tam ex editioni-  
bus impressis minus sinceris, quam ex nonnullis Codd. *auctaria*  
*MSS.* paullo recentioribus, stupendo labore & incre-  
dibili diligentia conquisivit **SOLLERIVS**, evolveris *adibuc*  
varias mox deprehendes additiones, genuino *textui* *tres alios*  
*dies festos* celebrant.

F 3

Vf.

*Pref. Cap. III. Artic. III. n. 170.*  
*Jqq. p. XLV. / qq. ut & I. A. F. A-*  
*BRICOT* tam in *Bibl. Cr. Vol. IX.* (*adibuc*  
*p. 37.* & lat. med. & inf. et. *Vol.*  
*VI. p. 860. / q.*, quam in *Luce fa-*  
*lutari Evangelii Et c. p. m. 212. / q.*  
*(q)* Extat hæc editio in calce *Tomi*

*VI. & VII. mens. Iunii Actor.*  
*SS. Antwerpianum.*  
*u) cf. hic Diaria literaria a B.*  
*FABRICIO* in *Luce salutari E-*  
*vangelii*, *p. 213.* citata.  
*(x) I. c. p. 564. in fine T. VII. A-*  
*ctor. SS. mens. Iunii.*

Vſuardino in die XXIX. Septembris adiectas (y), quas  
hue transcribere brevitatibus studio omitto. Hec ipſa  
porro auſtaria in aliis Vſuardini Martyrologii diebus  
deprehendes, alios adhuc si MICHAELIS festos di-  
eſ, sincero VSVARDO ignotos, memorantia. Sic  
V. C. IO. MOLANVS in ſua Martyrologii Vſuardini e-  
ditione ad d. XXV. Martii (z) ſequentia habet: Eo-  
dem die - - victoria MICHAELIS Archangeli contra  
draconem. Porro ad VIII. Id. Maii SOLLERIVS (a)  
ex compluribus Codd. MSS., ut & quibusdam editio-  
nibus typis exscriptis Festum apparitionis Archangeli  
noſtri, tam Romæ, quam in monte Gargano, ut &  
& S. AVTBERTO, Abrincatenſi Epifcopo, facta, me-  
morat. Denique inter Auſtaria a SOLLERIO con-  
gēta ad d. XVI. Octobris (b) ex Codicibus MSS. Bru-  
xellenſi & Florentino, ut & editionibus Lubeco-Coloni-  
enſi, alia Colonienſi Hermanni GREVENI, ac MOLA-  
NI profertur Festum tum Dedicationis Eccleſie s. MI-  
CHAELIS in monte maris, qui dicitur Tumba, tum  
ILLIVS apparitionis, que circa a. 707. vel 710. in  
territorio Abrincenſi facta dicitur, cuius circumſtantias  
& veritatem in ſequentibus accuratiuſ sub examen-  
revoſabo.

*Notgeri  
Mariyro-  
log. fo-  
lummodo  
festum*

Supereft adhuc e vetuſtioribus Martyrologis  
NOTGERVS cognomento Balbulus, Monachus San-  
gallenſis Ord. S. Benedicti & Presbyter, defunctus a.  
912. (c) Hic Martyrologium ſuum (d) circa a. 894.  
con-

(y) ibidem p. 565. ſq.

(z) pag. 56. a. edit. Lovan. de a.  
1573. 8.

(a) l.c. p. 261. ſq. T. VI. A&E. SS.m. Iun.

(b) p. 605. ſq. T. VII. A&E. SS.m. eiusd.

(c) de quo vide ſis I. d. FADRI.

conscriptis (e), in illudque, quadam ex ADONE <sup>Michælis</sup>  
transtulit, non pauca ex RABANO sua fecit, multis <sup>ad d. 29.</sup>  
ex HIERONYMO ad complendos singulorum dierum <sup>Sept. me-</sup>  
indiculos corrasis (f). Cæterum nullam s. MICHAELIS  
festis festivitatem memorat NOTGERVS noster, præ-  
terquam memoriam Archangeli in monte Gargano ad  
III. Calend. Octobris (g), brevem subnectens histori-  
am, qua ratione Ecclesia nomini MICHAELIS in  
dicto monte consecrata cognita fuerit.

Agmen denique claudat *Martyrologium Roma-* <sup>Româ-</sup>  
*num*, ad novam Kalendarii rationem & ecclesiasticæ <sup>num vero</sup>  
historiæ veritatem restitutum, GREGORII XIII. P. R. <sup>ad huc ad-</sup>  
fussum editum & SIXTO v. itidem P. M. dicatum, id <sup>dit festum</sup>  
quod sepius tam scorsim, quam cum CAESARIS <sup>appariti-</sup>  
BARONII annotationibus typis fuit exscriptum (h), 8. Matis.  
illud vero ante aliquot annos a BENEDICTO XIV.  
P. M. auëtum & castigatum, eiusdem *Summi Ponti-*  
*fiscis iussu*, suis Commentariis illustravit, & denuo e-  
dere coepit ALEXANDER POLITVS, cuius novæ  
editionis *primus Tomus*, continens Ianuarium, pro-  
diit

CII Bibl. lat. med. & inf. et.  
Vol. V. L. XIII. p. m. 419. § 422.  
ibique citatos Autores.

(d) extat in CANISII *Lection-*  
*ant. T. II. P. III. a pag. 85.-184.*  
edit. Basnagiana.

(e) v. Iac. BASNAGII *Obs. de*  
*Nozkeri, EIVS martyrologio pre-*  
*fixa, §. VI. l.c. p. 88.*

(f) Verba sunt s. OLLERI in  
*Pref. ad VSVARDVM, Cap. I,*

n. 14. p. v. cf. ciurd. *Cap. Artic.*  
*III. §. 3. n. 67. sqq. p. XIX. sq.*

(g) apud CANISIVM, l.c. p. 177.

(h) Varias editiones allegat PA-

BRICIVS *Bibl. Gr. Vol. IX. p. 38.*

& in *Luce sal. Evangeli*, p. m.

217. sq. Mibi ad manus fuit

tum *editio Veneta a. 1688. in fol.*

*tum Coloniensis quedam anni*

*1610. in 4. cum annotationibus*

*BARONII.*

dit Florentiae 1752. in Folio (i). Duplex autem s. MICHAELIS Festum, unum Apparitionis, alterum Memoriæ eius commemorat Martyrologium Romanum. Sic enim ad VIII. Idus Maii (k) legitur: In monte Gargano Apparitio sancti MICHAELIS Archangeli, & ad III. Kal. Oct. (l) invenies verba: in monte Gargano venerabilis memoria beati Michaëlis Archangeli, quando ip̄s̄ nomine ibi consecrata fuit Ecclesia, vili quidem facta scherniate, sed coelesti predita virtute.

Observationes de origine & verâ epo-  
cha Festorum S.  
Micha-  
elis.

Sic tandem viam absolvimus longam, tedium, multisque spinis constitam, evolvendo tot veteris Ecclesiae Calendaria & Martyrologia. Quo autem labor a nob̄ suscepimus non plane otiosus esse, nec quicquam inde utilitatis in Lectores nostros redundare videatur; iuvat, ex hac sedula Fastorum & Martyrologiorum Ecclesiae Occidentalis perscrutacione observationes quasdam subiungere, initia & progressus tam Fastorum s. MICHAELI sacratorum, quam eorum appellationum accuratius definientes. Liquet igitur ex præmissis: I) primum omnium, illudque antiquissimum s. MICHAELIS Festum appellatum fuisse simpliciter; Dedicationis s. MICHAELIS Angeli; II) illud iam sub initium Seculi V. post C. N. in Ecclesia occidentali sub hoc nomine fuisse cognitum; III) eandem

(i) Hanc novam editionem memorat le Journal Britannique de l' an. 1752, m. Juillet & Aout, item die gelehrte Nachrichten zum Hamburg. Correspondenten ad a. 1752, n. 47.

(k) p. 57. edit. Venetæ, & p. 315. edit. Colon., quas nota (b) citavi.

(l) p. 128. edit. Ven. & p. 668. edit. Col.

dein cognominationem in Ecclesia remansisse usque ad Sec. IX. & X.; sed IV) Martyrologia quædam Sec. IX. exarata, v. c. Labbeatum (v. p. 33.) Corbeienſe brevius Dacherianum (v. pag. ead.) RABANI MAVRI (v. pag. 40.) priscæ simplicitati adiicere verba: in monte Gargano, item Romæ; quin imo V) nonnulla Calendaria, scil. Frisingenſe Sec. X., Anglicanum Sec. XI. & Lyrenſe Sec. XII. (v. p. 27. sq.) mutato veteri nomine nostranþ festivitatem vocare: Festum s. Festivitatem s. MICHAELIS Archangeli; porro VI) adulto Seculo IX. novum ad d. VIII. Maii offendit MICHAELIS festum diem, scil. Inventionis EIVS in monte Gargano, ieu ut alii exprimunt: adventus EIVS, id quod posterior ætas vocavit: Festum Revelationis Basiliæ, s. Apparitionis s. MICHAELIS; VII) crescentem per Secula superstitionem post Seculum IX. duo adhuc ARCHANGELI Festa superaddidisse, scil. ad d. XXV. Martii festivitatem Victoriae MICHAELIS contra Draconem, & ad d. XVI. Oct. ILLIUS Apparitionis & Dedicationis in Diœcesi Abrincatenſi, monteque Tumba.

Quod si igitur primigenium s. MICHAELIS Fe- Transiſtur ſtum ſub nomine Dedicationis s. MICHAELIS Angeli, ad mat- item Dedicationis Eccleſiae s. Basiliæ Archangeli MI- riam de Appariti- CHAELIS in vetustissimis Eccleſiae Occidentalis Calen- onibus S. daris ac Martyrologiis occurrat; opus fane eſt, ut Michaëli ulterius disquiramus, quid iſtiusmodi Dedicatio- ni occasionem dederit. Eſt vero Dedicatio, ut B. 10. ANDR. SCHMIDII verbis utar (m), Festum Dedica-

G

tio-

(m) in EIVS Lexico Eccleſiaſt. minori, p. m. 205.

*tionis Ecclesiarum; seu potius dies festus Sancti cuiuspiam ecclesiae vicanæ patroni, qui & vicanorum & vicinorum pagensium concursu celebrari solet.* Ecclesiarum autem S. MICHAELI dedicatarum fons atque occasio fertur *Apparitio* huius Archangeli, de qua igitur saepius variisque in locis facta iam dispiciendum erit.

*De apparitione Archangeli in genere,* S. MICHAELEM Archangelum tam ante, quam post CHRISTVM natum saepenumero apparuisse, vulgo creditur in Ecclesia Romano-Catholica, meisque Lectoribus E STENGELII Libello, cuius epitomen sub initium huius Tractationis dedi, constabit, quanta cura æque ac diligentia bonus hic Autor undique congesserit Apparitiones Archangeli tam veras, quam ficticias. Tres autem præcipuas, easque celebriores MICHAELIS apparitiones, a Scriptoribus enumeratas, se invenisse, ait SOLLERIVS (n), primam in Asiatica regione Chonensi, secundam sed multiplicem ad montem Garganum, tertiam Normannicam in monte Tumba, alias in periculo maris.

*et in specie de Romania,* Miror sane, SOLLERIVM nullam iniicere mentionem illius Apparitionis, qua scil. s. MICHAEL, Seculo VII. ineunte, BONIFACIO vel III. vel IV. PP. RR., Romæ in cacumine molis Adriani apparuisse dicitur, in signum luis cessantis, gladium cruentum, eumque exertum in vaginam recondens, in cuius rei memoriam ab uno vel altero horum Pontificum illic Ecclesia in honorem Archangeli erëta fertur, quam super

(n) in Observat. ad Martyrologiis Vfuardini d. 29. Sept., I. c. p. 564. sq.

super ingens faxum, velut eminentem scopulum, positam, & cryptatim miro opere altissime porre-  
Etam, propter loci excelsitatem *inter nubes* postera  
etas vocavit. Quin imo hæc ipsa commentitia appa-  
ritio ansam dedit, ut postea nomen *molis Hadriani*  
mutatum fuerit in appellationem *Montis S. Angeli*(o).  
Ceterum istiusmodi *Apparitionem s. MICHAELIS*  
*Romæ factam* iam dudum credit Ecclesia Catholica,  
siquidem D'REPANIVS FLORVS, unus idemque  
cum *Magistro FLORO, Diacono Lugdunensi*(p), uti  
hoc solide evicit P. DE COLONIA(q), Scriptor Se-  
culi IX.(r), de ista apparitione sequentem in modum  
ceccinit(s);

## G 2

## Cl-

(o) V. BARONII *Annotat. ad Martyrolog. Roman. p. m. 316.*  
*sq. & 669. sq. it. STENGELEM, l.c.*  
*c. 31. p. 229. sqq. cf. tamen quo-*  
*que HOSPINIUM de orig.*  
*Fistor. Christianor. l. c. p. 109.*  
*a, qui, hanc apparitionem MI-*  
*CHAELEIS Romanam sub GRE-*  
*GORIO M. Pontifice accidisse,*  
*afferit.*

(p) V. FABRICII *Biblioth. lat.*  
*med. & inf. act., Vol. II. L. V.*  
*& VI. p. m. 190. & 520.*

(q) dans son *Histoire littéraire*  
*de la Ville de Lyon, avec une*  
*Bibliothèque des Auteurs Lyo-*  
*nais sacrés & profanes, P. II.*  
*(a Lyon, 1730. 4 mai.) Sec. IX.*  
*Cap. IV. p. m. 135. sqq.*

(r) male ergo BARONIVS, l.

modo c., p. m. 316. autumat,  
hunc DREPANIVM Poëtam  
illum ipsum videri, cuius si-  
DONIVS, Sec. V. Scriptor,  
meminit L. VIII. epist. ii. ad  
Lupum. Hunc errorem qui-  
dein corrigit BARONIVS in  
*Annal. Eccles. ad a. 493. n.*  
*XLIV. T. VI. col. 537.*, sed ibi-  
dem iterum fallitur, dum FLOR-  
IVM nostrum unum eundem  
que esse afferit cum DREPAN-  
IVS, claro Oratore, qui tem-  
poribus THEODOSII M. Imp.  
vixit.

(s) in *Hymno ad Michaelm Ar-*  
*changenum, qui extat inter Ge-*  
*FABRICII Poëtar. vet. Eccle-*  
*siaſt. Opp. christianis, (Basil.*  
*1564. 4.) col. 728.*

Clarent angelici sublimia festa diei,  
 Allatura piae dona beatae animae,  
 Hunc etenim MICHAEL, aule celestis alumnus,  
 Conspicuo nobis consecrat ore diem,  
 Dignatus Petri Paulique inuise sedem,  
 Imperiumque foventis inclita Roma turum,  
 Qui proceres inter pia mania luce cornucos,  
 Egregio vultu splenduit orbe novo:  
 Cum Deus expulsi lucem depromeret umbris,  
 Conderet & stabilem nocte ruente diem.

*itemque in monte Gargano,* At enim vero tempori chartaque est parcentrum, nec ulterius disquiram de hac apparitione Romana, intactas etiam relinquens illas s. MICHAELIS visiones (t), quas in Oriente contigisse, pia fraus excoxitavit, & sequens superstitione &tas credidit. Transeundum potius erit ad celeberrimas illas apparitiones in monte Gargano factas. Est autem Garganus mons Apulie Dauniae, qua hodie Capitanata vocatur, iam veteribus Scriptoribus, v. c. VIRGILIO (u), HORATIO (x), STRABONI (y), MELAE (z),

LVCA-

(t) Harum complures indicat BA-  
RONIVS, l.c. p. 317.

(u) Aeneid. L. XI. vj. 246. sq. ubi:  
 Ille urbem Argyriam patris  
 cognomine gentis,  
 Victor GARGANI condebat  
 Iapygis agris.

(x) Carmin. L. II. Od. IX. vj. 6. sq.  
 - - - aut aquilonibus  
 Quergeta GARGANI la-  
 berant.

item Epistolar. L. II. epif. I.  
vj. 202.

GARGANVM mugire putas  
 nemus, aut mare Tuficum:

(y) Geogr. L VI. p. 317. & 318. ex  
 editione, que cum vers. lat.  
 Guil. XYLANDRI Basilea pro-  
 diit a. 1571. fol., editionis vero  
 J. CASAVONI (Lutet. Par-  
 fier. 1620. fol.) pag. 284. sq.  
 (z) de situ Orbis, L. II. c. 4. vj.

LVCANO (a), SILIO ITALICO (b), PLINIO (c),  
 CL. PTOLEMÆO (d), aliisque sub hoc nomine co-  
 gnitus. Præcelsus valde est & ascensi difficultimo,  
 quo sylvæ quædam per amœnæ reperiuntur, et si quo-  
 que multis in locis arboribus plane careat, ubi tamen  
 diversa salutiferarum & medicarum herbarum genera  
 nascuntur. Latere, quo mare spectat, promontori-  
 um habet, spatio CCC. stadiorum. Incipit ab A-  
 pennino, ex cuius radicibus iugum enascitur editissi-  
 mum, latitudine passuum MII., longitudine XX.,  
 post quod ita paulatim mons ipse affurgit, ut in sum-  
 mam, (fructifer tamen,) altitudinem, vastitatem,  
 amplitudinemque desinat. In mare tam longe pro-  
 tenditur, ut ambitu radicum, quas planities excipit  
 ad CC. P. M. contineat. Multis in locis præceps &  
 G. 3 abru-

(a) Pharfal. L. V. v. 38o.  
 Appulus Hadriacus exit GARGANVS in undas  
 & Libr. IX. v. 132. Jqq.

Sic, ubi deponit, submittere  
 gramine campis, -  
 Et renovare parans bibernas  
 Apulius herbas,  
 Igne sovet terras, simul &  
 GARGANVS, & arta  
 Volturis, & calidi lucent bu-  
 ceta Matini.

(b) de B. Pun. II. Libr. VII. v.

364. Jqq.  
 --- quam multa videt, servo-  
 ribus atris  
 Quam Calabros urunt ad pin-  
 guia pabula salius,  
 Verice GARGANI residens  
 incendia pastor.

(c) in Hist. nat. L. III. c. XVI.  
 T. I. p. 167. (ex edit. fec. lo. HAR-  
 DVINI, Paris. 1741. fol.) Hinc  
 Apulia Dauniorum cognomine,  
 - in qua - - promontorium  
 montis GARGANI, a Salen-  
 tinio sive Iapygio CCXXXIV. M.  
 pass. ambitu GARGANI.

(d) Geogr. L. III. c. 1. Apennini  
 iuga - - usque ad montem  
 GARGANVM ducentur.

abruptus est, qua mare spectat & promontorium emit. In hoc monte lacus aliquot pescosi inveniuntur, inter ceteros *Varanus*, ambitu P. M. XXX., circum quem oppida *Caprinum*, *Cognatium*, *Iscitella*. In fronte promontorii civitas est *Beftia*, post X. M. passuum sequitur *Vefice* castellum, flexuque illo promontorii toto emenſo, *Rode* civitas. Denique in eius vertice præcelisque rupe, quæ ad mare spectat, senis a *Manfredonia* passuum millibus, oppidum est *D. Angeli*, ita nominatum a specu d. MICHAELI Archangelo sacra. Oppidum est frequens, naturaque loci munitum, rebus ad vitam necessariis, quæ montano hoc situ proveniunt, abundans, interque agri dotes ceteras vinum optimum vermiculum habet. Hanc *Gargani* descriptionem contraxi e LEANDRO ALBERTO (e), qui vero plura de hoc monte & in primis oppido S. Angeli nosse cupit, adeat HIERON. MEGISERVM (f), HENRICVM BACCVM (g), OCTA-

(e) et quidem ex ILLIVS *Descriptione di tutta Italia*, (in Bologna 1550, fol.) fol. 222. Jq., quem Librum latine vertit & Coloniae 1567. in fol. edidit GUIL. KYRIANDER, ibi p. 377. fqq.

(f) in *Dalitzis Neapolitanis*, germanice scriptis, (Leipzig 1610, 8.), p. 223. - 230.

(g) *Descriptione del Regno di Napoli*, opera d' ENRICO BACCO, ampliata da CESARE d' ENGENIO, (in Napoli, 1629, 8.) p. 210. - 219, qui simul p. 218. novum indicat

Scriptorem, mihi vero non vifum, his verbis: chi ha curiſità d' inteder più minuziamente il tutto, potrà veder le florit, che COLANTONIO DENTICE, gentilhuomo Napolitano, scriue ne i suoi libri de historia Angelorum, nell' altra de ſitu, & antiquitate, & urbe Montis Gargani, e nell' Altro de Apparitione S. Michaelis Arcangeli in monte Gargano, & eius miraculis, opere inuero degne dell' ingegno d' un tant' huomo &c.

OCTAVIVM BELTRANVM (h), ANONYMI Descri-  
ptionem totius Italæ (i), forteque alios.

In hoc monte igitur a longo iam tempore cele- Testimo-  
brabatur venerabilis memoria Archangeli MICHAELIS, nia Scri-  
tore Martirologio Romano parvo (k), id quod pitorum de-  
ipsum vero in dubio relinquit, qualis ea sit memoria, ne & de-  
an apparitionis, an dedicationis? Pro memoria Dedica- catione  
tionis pugnant vetustissima Ecclesiae Occidentalis Ca- Basiliæ  
lendaria æque ac Martyrologia, quorum excerpta in S. Mich.  
superioribus dedi. At quonam tempore Basilica s. Gargano.  
MICHAELIS in monte Gargano inventa & dedicata  
fuerit, apud Scriptores, qui ante Sec. IX. post C. N.  
vixerunt, altissimum est silentium. Seculi autem IX.  
& sequioris ævi Scriptores hanc, si Diis placet, mira-  
bilem inventionem ac dedicationem memorie pro-  
dunt, illorumque præcipui eam sub GELASIO I. P.  
R., anno nimirum 493., factam fuisse asserunt. Ut  
e plurium Scriptorum testimoniis, quedam saltim in  
medium proferam; audiamus ANASTASIVM BI-  
BLIOTHECARIVM in Vitis Pontificum (l), & qui-  
dem in vita GELASII I., qui ab a. C. 492. usque ad  
a. 496. Sedi Pontificiæ præfuit (m), cuius verba:  
Huius temporibus inventa est Ecclesia S. Angeli in  
monte Gargano. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS

por-

(h) nella breve Descrittione del Regno di Napoli; (in Napoli, 1644. 4.) p. 307. - 309.  
(i) quæ Tractati ad Rhenum 1659. in 12. prodiit, p. 270.  
(k) vid. supra pag. 39.

(l) ap. MVRATORIVM Scriptor. rer. Ital. T. III. P. I. p. 122. a. C.  
(m)V. Histoire des Papes à la Haye 1732 (q. q. 4.) T. I. p. 259 lqq. & I.A.  
FABRICII Biblioth. lat. med. &  
inf. at. Vol. III. Libr. VII. p. 80.

porro, qui a. m<sup>er</sup>. obiit (n), in *Chronographia* sua ad a. 488. (o) sequentia habet; *Hoc tempore facta est inventio cryptæ S. MICHAELIS Archangeli in monte Gargano, unde & eius memoria singulis annis celebri festivitate in Ecclesiis Dei recolitur.* SIGEBERTVM in ordine chronologico non adeo accuratum esse, inter omnes constat. Fallitur itaque in definiendo anno 488., sed cum annum inventionis *Basilice s. MICHAELIS in monte Gargano simul prædicet annum secundum GELASII I. p. r.*, rectiorenamnum, scil. 493., substituit BARONIVS *Cardinalis* (p). Porro VINCENTIVS BELLOVACENSIS in *Speculo historiali L. XXI. cap. 102.*, GVIL. DVRANDVS in *Rationali divinor. officior. L. VII. c. 12.* ANTONINVS Florentinus in *Summa historiali s. chronicō tripartito*, hanc MICHAELIS in monte Gargano apparitionem sub GELASIO I. accidisse, testantur (q). IACOBVS DE VIRAGINE quidem in *Historia Lombardica* (r) ait, hanc visionem contigisse a. C. 390. sub PELAGIO p. r., sed in utroque hallucinatur, cum PELAGIVS I. ab a. C. 555.-559. (s), vel ut alii volunt (t), ab

(n) V. FABRICIVS, c.l. Vol. VI.  
p. 580.

(o) ap. PISTORIVM in *Scriptor. rer. German.*, T. I. p. m. 725. edit. Struviane.

(p) in *Annal. Ecclesiast. ad a. 493.* n. XLIII. T. VI. col. 537. edit. citatæ, cf. SPONDANVS, l.c. ad a. c. n. V. T. I. p. 544. a. edit. cit.

(q) V. HOSPINIANVS, l.c. p.

108. sq.

(r) ad manus est. editio Argentinensis de a. 1489. in folio, in hac evolve fol. z. 6. A. a. § 7. A. b. sq.

(s) V. *Histoire des Papes*, quam paulo ante nota (m) citavi, T. I. p. 331. & 339.

(t) V. FABRICII Bibl. lat. med. § inf. et. L. XIV. p. 651.

ab a. C. 556.-561. Sedem Romanam tenuerit. Errat porro HOROLANVS in *Calendario Ecclesiastico* qui hæc omnia ad tempora ANASTASII I. Imp. & ANASTASII II. Pontif. circa a. C. 500. refert (u). BARONII quoque MS., annum apparitionis 536. posnens, erroneam fovet sententiam (x). Nec denique ab errore immunis prædicandus erit MATTHAEVS DRESSERVS, qui in *Libello de Festis diebus Christianorum, Iudæorum & Ethnicorum* (y) adstruit, Festum S. Michaelis Archangeli institutum fuisse a Felice R. P. circa a. C. 480., quum hoc ipso Lectores suos in eam seducere videatur sententiam, ac si pariter circa hæc tempora MICHAELIS apparitione contigerit. Reètius vero IACOBVS PHILIPPVS BERGOMENSIS ad a. 493. (z) scribit: Michaëlis Archangeli revelationem Gelasio isto pontificante apud Apulianum in monte Gargano III. Cal. Oct. factam fuisse, tradunt: ubi & postea templum miris edificiū extractum fuit, eoque loci ob devotionem tantam populorum frequentiam singulis annis convenire dicitur: ut non solum Christiani, sed & infideles quoque ad patrociniū S. Angeli implorandum frequentent. Sed hæc Scriptorum testimonia de inventione Basilicæ MICHAELIS, eiusque apparitione in monte Gargano sufficiant.

H

Iam

(u) V. HOSTINIANVS, l. c. p.

147. a.

(x) V. EIVS Annotat. ad Martyrolog. Rom. p. m. 316.

(y) p. m. 204. edit. Lips. 1597. 8.  
ex hoc itaque B. L. A. SCHMID  
DIUS suam de origine Festi

nostri sententiam haufisse vide-

tur, id quod ad ea, qua supra  
pag. 18. nota (\*) dixi, notatum  
volo.(z) fol. 17. a. editionis Venetæ de  
a. 1490. fol. 31. in libro 3. (q)  
marginalia in libro 3. q. - 113

*Modus & Iam vero historia, vel si mavis, fabula de in-*  
*circum- ventione Basilicæ s. MICHAELIS in monte Gargano,*  
*stantia de Archangeli apparitione, & Ecclesiæ dedicatione*  
*appa- latius erit exponenda. Inutilis forte multis hæc vi-*  
*ri- chaelis, debitur opera, quum fabulæ potius exterminandæ,*  
*temque quam rursus in memoriam hominum revocandæ sint.*  
*inven- At enim vero non omni ex parte satisfactum foret*  
*tio- labori suscepto, si lepidam hanc fabellam plane omit-*  
*nis & De- terem. Ea simul temporum illorum, in quibus effi-*  
*dicationis latius ex- fta fuit, summam infelicitatem satis maniferte prodit;*  
*Ecclesiæ ponuntur. nostrorum e contra temporum felicitatem, cum de-*  
*latius ex- bita admonitione ad gratiarum actionem erga divi-*  
*ponuntur. nam misericordiam pro luce salutari impertita, nobis*  
*ob oculos ponit. Rem cum omnibus suis fætitiis cir-*  
*cumstantiis prolixè quidem iam enarravit A D O, Se-*  
*culi IX. Scriptor (a), sed multo prolixior adhuc est*  
*Legenda Principis Angelorum ex Codice Bibliothecæ*  
*Vaticanae MS. desumpta, & superiori Seculo Neapolí*  
*impressa, quam integrum amplissimo suo Operi Ita-*  
*liae Sacrae (b) inseruit FERDIN. VGHELLVS nosque*  
*hic recusam damus, cum hoc ipsum Opus pretiosissi-*  
*mum in paucorum manibus versetur, quin etiam*  
*in publicis Bibliothecis nonnunquam desideretur.*

## LEGEN-

- (a) in *Martyrologio suo ad d. 29. Sept.*, in *Biblioth. PP. max. T. XVI. p. 887. lq.*  
 (b) & quidem *Tomo. VII. a col. 416. - 818. Eadem Legendarum*

descripsit pariter & *Libello suo*  
*supra laudato inseruit STEN-*  
*GELIVS, cap. XXXII. a pag.*  
*237. - 247.*

## LEGENDA PRINCIPIS ANGELORVM.

*Memoriam B. MICHAELIS Archangeli toto orbe venerandam, ipsius & ope condita, & consecrata nomine demonstrat Ecclesia, quæ non metallorum fulgore, sed privilegio commendata signorum, vili facta schermate, sed coelesti praedita virtute, utpote quia fragilitatis humane memor Archangelus e coelo veniens, ad promerendam ibi mortalibus supernorum societatem, propria sibi manu condere dignatus est, vertice siquidem montis excelsi posita de corpore eiusdem saxo speluncæ instar præcavata ostenditur. Est autem locus in Apulia finibus, ubi inter Sinum Adriaticum & montem Garganum civitas Sipontus sita est, qui a moenibus civitatis ad duodecim millia passuum erectus, in cacumine supremo B. Archangeli, quam prefatus sum, gestat Ecclesiam. Hanc mortalibus hoc modo cognitam.*

*Erat in eadem civitate Vir prædives quidam nomine Garganus, qui ex eventu suo Montis sibi vocabulum indidit; huius dum pecora, quorum infinita multitudine pollebat, passim per diversa montis latera pascerentur. Contigit, Taurum armenti gregis consortia spennentem, singularem incedere solitum, ad extreum redeuntem pecoribus domum non esse reversum, quem dominus collecta servorum multitudine, per devia queque requirens, inventit tandem in vertice montis foribus cuiusdam assistere speluncæ. Itaque permotus, cur solivagus incederet, arrepto arcu appetit illam sagitta toxicata, quæ velut venti flamine retorta, cum, a quo iacta est, mox reversa percussit. Turbati cives & stupefacti, qualiter res fuerit effecta, non enim accedere proprius audebant, consulum Episcopum LAVRENTIVM, quid factio opus sit, qui indictio ieiunio triduano, a Deo, monuit esse querendum.*

*Quo peracto S. D. Archangelus Episcopum per visionem alloquitur, dicens: Iam bene fecisti, quod homines latebant, a Deo querendum decernens mysterium, causam videlicet*

cet hominis suo telo percussi. Sciatis autem hoc mea gestum  
voluntate, ego enim sum MICHAEL Archangelus, qui in  
conspicu Domini semper affiso, locumque hunc in terris in-  
colere, tutumque servare instituens, hoc volui probare indicio  
omnium, quæ ibi geruntur, ipsiusque me loci inspectorem es-  
se, atque custodem. His revelationibus compertis confuetudi-  
nem fecere cives, hic Dominum precibus, sanctumque depo-  
scere MICHALEM, duas ibi quidem ianuas cernentes, qua-  
rum una australis, quæ & maior erat, aliquot gradibus in  
Occasum vergentibus adiri poterat. Sed ne ultra cryptam  
intrare ausi, præ foribus quotidie orationi vacabant.

Inter hæc Neapolitani, pagani adhuc ritibus oberran-  
tes, Sipontinos & Beneventanos, qui circiter quinquaginta  
millibus a Siponto distant, bello lacefere tentant, qui  
Antifititi sui monitis edocti triduo petunt inducias, ut tridu-  
ano ieiunio liceret, quasi fidei patrocinium s. MICHAELIS  
implorare praesidium, quo tempore Pagani ludis cerritis fal-  
sorum invitant auxilia Deorum. Ecce autem nocte ipsa, que  
belli præcederet diem, adest in visione s. MICHAEL Antifiti,  
Preces dixit exauditas, victoriam spopondit affuturam,  
& quarta diei hora bello præmonet hostibus occurren-  
dum. Læti ergo mane, & de angelica certi victoria dominico  
redacti spiritu, obviant Christiani paganis. At in primo  
belli apparatu, Garganus immenso tremore concutitur. Ful-  
gura crebra volant, & caligo tenebrosa totum montis cacu-  
men obduxit. Impleta prophætia, que Dominum laudans ait:  
Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flam-  
mam ignis.

Fugiant itaque Pagani partim ferro hostium; partim  
igniferis impulsu sagittis: & Neapolim usque sequentibus, at-  
que extrema quæque caudentibus adversariis, moenia tandem  
suae urbis moribundi subintrant. Qui autem evasere pericu-  
lum: comperto quod Angelus Dei in adiutorium venerit  
Chri-

*Christianis (nam & sexcentos fere suorum fulmine videbant interemptos) Regi Regum Christo continuo colla submittentes, armis induuntur fidei, cunque domum reversi victores vota Domino gratiarum ad templum referunt Archangeli, vident mare iuxta ianuam septentrionalem, quam praedixi, iuxta posterulam pusillam, quasi hominis vestigia marmori arctius impressa, agnoscuntque Beatum MICHALEM hoc praesentia sue signum voluisse monstrare. Vbi posita culmen appositum, & altare impositum, ipsaque Ecclesia ob signa vestigiorum A-*

*pedanea est vocata.*  
*Multa namque dubitatio erat inter eos, quid de loco age- rent, & si intrare, vel dedicare Ecclesiam deberent, unde collatione facta, ad Meridiem loci illius B. PETRI Apostolorum Principis nomine condunt Ecclesiam, & dedicant, in qua etiam Beatae semper Virginis MARIAE, Sanctique IO- ANNIS BAPTISTAE altaria statuant. Tandem Antistes sa- lubri reperto consilio, GELASIVM, Romanum Episcopum, quid de his agendum sit, per nuncios scicitatur. Qui tunc forte erat in Monte Socrate, quinquagesimo fere millario a Romana Urbe distante, quem incolae Sancti Silvestri cognomine vocant, coque et ipse ibi quondam exalans pro fidei perse- cutione delituerat, talia mandata remittit. Si hominis est illam dedicare Basilicam, eo maxime die, quo Victoria data est, fieri oportet: sin autem sancto provisori loci placuerit, eodem praecepue die illius in hoc voluntas est quacienda. Hoc ergo tempore imminentे agamus ambo triduanum cum civibus no- stris ieiunium, Sanctam Trinitatem rogantes, ut munera, que per summum suae Sedis Ministrum conferre dignatus est, ad certum usque finem perducat. Factum est, ut dixerat*  
*Antistes.*

*In nocte vero constituti ieiunii suprema Angelus Domini MICHAEL Episcopo per visionem apparet, ait: Non est, inquit, vobis hanc, quam ego aedificavi, dedicare Basilicam, ipse enim qui*

qui condidi, etiam dedicavi. Vbi saxa panduntur; ibi percata hominum dimittuntur, haec est enim domus specialis, ubi quaeque noxialis actio diluitur. Vos tantum intrate, & me aſſidente patrone, precibus locum frequentate, & te quidem cras ibidem Missas celebrante, juxta morem populus comunicetur. Meum autem erit ostendere quomodo per memet locum sacraverim illum. Adveniunt mane cum oblationibus, & magna instantia precum intrant Regiam Australem. Et ecce longa porticus in Aquilonem porrecta, atque illam attinens posterulam, extra quam vestigia marmori, ut diximus, impressa. Sed priusquam buc perveniant, apparet ad Orientem basilica pergransdis, ad quam per gradus ascenditur: haccum ipsa portica sua, quingentos fere homines capere videtur. Altare venerandum, rubroque contectum palliolo prope medium parietis Meridianum ostenditur. Erat autem ipsa domus angulosa, non in more operis humani parietibus erectis, sed instant speluncæ perruptis, & saepius eminentibus asperata scopulis. Culmine quoque diversæ altitudinis, quod hic verticetangi, alibi manu vix posse attingi. Credo, docente Archangelo, Deum non ornatum lapidem, sed cordis quaerere, & diligere puritatem. Vertex vero Montis extrinsecus partim quernea Silva tegitur, partim virenti planitiæ dilatatur. Missarum itaque celebratione completa, magno attoniti gaudio, quique recierunt in sua. Episcopus autem delegato Ministrorum, Cantorum, Sacerdotumque officio, & mansione conſtructa omnem ibidem quotidie Psalmorum, Missarumque cursum, congruo praecepit ordine celebvari. Nullus autem illuc nocturno est tempore ausus ingredi; sed aurora transacta matutinum ibidem decantant & hymnos.

Ex ipso autem saxe, quo sacra contegitur aedes ad Aquilonem altaris, dulcis, & nīnium lucida guttatin aqua dilabitur, quam incolae stillam vocant. Ob hoc, et vitreum vas eiusdem receptui præparatum argentea pendet catena ſup-

spen-

spensum, morisque est populo communicato, singulos ad hoc vaf-  
culum ascendere per gradus, donumque coelestis degustare li-  
quoris, nam & gustu suavis est, & tactu salubris. Denique  
nonnulli post longas febrium flammas, bac hausta stilla celebri  
confestini refrigerio potiuntur salutis. Innumeris quoque, et  
aliis modis ibi, & crebro sanantur aegroti, & multa,  
quaes angelicae licet potestati gerere miracula comprobantur,  
maxime tamen eiusdem diei natalis, cum & de provinciis  
circumpositis plus solito confluens turba recurrat, & an-  
gelicæ virtutis maior quodammodo credatur adesse fre-  
quentia, & quod spiritualiter dixit Apostolus, corporaliter agi videatur, quod Angeli sunt administratorii spi-  
ritus in ministerium missi propter eos, qui haereditatem ca-  
piunt salutis in CHRISTO IESV, Domino nostro, qui cum  
PATRE, & SPIRITU SANCTO vivit & regnat per immen-  
sa saeculorum saecula. Amen.

Anno a Nativitate Domini nostri Iesu Christi quadrin-  
gentesimo nonagesimo tertio, octavo die mensis Maii, Indicti-  
one decima quarta facta est inventio celestis Basilicae mirifici,  
& glorioissimi Principis MICHAELIS Archangeli in monte  
Gargano, sedente GELASIO I. Beatissimo Romano Pontifice,  
ac Imperatore ZENONE, piissimo Imp. Constantinopo-  
litano.

Hæc aurea est illa Legenda ad fallendos super-  
stitiosos homines excogitata, quam cum sana chro-  
nologia conciliare, conatus quidem est FLORENTI-  
NIVS, teste SOLLEARIO (c), illamque porro BARO-  
NIVS (d) in eo emendandam esse observavit, ut loco  
belli, quod tum inter Neapolitanos & Sipontinos vi-  
guisse dicitur, restituendum sit bellum inter Odoa-  
crem

(c) ad Martyrolog. VS VARDI l.c. (d) in Annal. Eccles. ad a. 493. n.  
p. 565. Actor. SS. m. Iun. T. VII. XLIII. T. VI. col. 537. edit. cit.

*crem & Theodoricum.* At enim vero quid huic com-  
mento insit veri, quid sani pique, vel ex ipsa narra-  
tione satis liquere potest. Quis est naris tam obesa,  
cui fraus & fucus non statim suboleat? *Garganum*  
*montem* hoc nomine multis ante Seculis, nec a ficti-  
tio illo *Gargano* tam sero fuisse appellatum, supra o-  
stendi. Speluncam vero illam in modum Templi  
effigiatam, aramque in ea, incolis & pastoribus eius  
loci a tot Seculis fuisse ignoratam, donec ab Angelo  
indicaretur, tantum veri habet similitudinis, quan-  
tum istud miraculi, quod limpida fontis aqua calor  
corporis sitisque, aut etiam, si tempestive adhibe-  
atur, febrilis ipse ardor restinguatur. Gentilissimum  
porro sapit, cryptam seu speluncam in Archangeli  
fuisse tutela. Scimus enim, Gentilium eam fuisse re-  
ligionem, ut lucos, montes, sylvas, nemora in Dei  
alicuius vel Genii tutela & praesidio esse crederent.  
Taceo, iam *S TRABONEM* memorare, collem esse in  
*Daunia*, nomine *Drium*, apud quem facella mon-  
strentur, unum *Calchantis* in summo vertice, alterum  
*Podalirii* in imo ad radices collis, indeque profluere  
rivum, omnis generis morbos pecoris sanantem.  
Omitto alia plura inter se dissensa, atque gentili-  
sum redolentia. Illud saltim de ipsa re, & si fabu-  
lae huic vel minima pars inesset veri, cogitare liceat,  
cuius notæ fuerit ille Angelus, qui cæde hominis in-  
nocentis sham & loci sanctitatem declarans, temp-  
lum sibi ipse condidit, idque sibi dedicari, ac divi-  
num in eo cultum in sui & Angelorum fieri memori-  
am postulavit. At denique, a quo autore tandem  
res

res fanta, tamque incredibilis, quæ Seculo iam *quinto* contigisse fertur, memoriae prodira est? ab ANASTASI<sup>O</sup>, & quidem valde tenuiter & subobscure, porro ab ADONE, & SIGEBERTO GEMBLACENSI, Scriptoribus Seculi IX. & XI., aliisque longe adhuc recentioribus Autoribus. His ergo Scriptoribus pertamus ne idoneam rei fidem conciliari posse, qui & rudibus illis ac impolitis temporibus vixerunt, & nullo testimonio rem quatuor, sex, imo pluribus adhuc Seculis ante se gestam confirmant? Valuit tamen illorum hac in re autoritas, & non ægre fabulis illis assensus est præbitus, quas a populo credi, illorum intererat, qui tunc regnum in Sacris obtinebant.

Hæc enim princeps instituti postea *Festi s. MI-  
CHAELIS* fuisse videtur ratio, ut Pontifices & Epi-  
scopi, Seculis istis, ut in alias superstitiones, ita in  
nimium quoque Angelorum cultum pronissimis,  
hunc ita stabilire, solennique Festo imperitæ plebi  
religiōsum facere constituerint. Et ipsum quidem  
illum *MICHAELM* hoc sibi honoris postulasse, su-  
perius adducta fidem, si ita loqui fas est, faciunt;  
quin promisso etiam, non desunt qui afferunt, abo-  
liturum se mortalium peccata, quicunque ad hanc  
suam Basilicam in *Gargano* confugissent. Ortæ ea-  
propter sunt ad sanctum hunc locum numerosissimæ  
variarum gentium peregrinationes, e quibus unicam  
modo in medium proferre, luet. OTTONEM III.  
*Imp. innuo*, qui religiosam in hunc montem pere-  
grinationem suscepit. Sic enim *Autor gestorum s.*

NILI (f) scribit: *Imperator vero (scil. OTTO III.) pa-*  
*nitentiam pollicitus pedes ab Urbe AD GARGANVM*  
*MONTEM ivit AD S. MICHAELEM Archangelum.*  
 PETRVS DAMIANVS (g) vero rem gestam ita nar-  
 rat: *Ipse quoque (OTTO Imp.) ex eodem criminis B.*  
*Viro (scil. ROMVALDO) confessus, pœnitentiae caus-*  
*sa nudis pedibus de Romana urbe egrediens sic usque*  
*IN GARGANVM MONTEM AD S. MICHAELIS*  
*perrexit ECCLESIAM.* Idem porro testatur LEO  
 OSTIENSIS (h), sequentia prodens: *Huius Abbatis*  
*anno tertio, qui est millesimus ab incarnatione Domini*  
*supradictus Imperator (OTTO III.) Beneventum*  
*venit, & causa pœnitentiae, quam illi B. Romualdus*  
*in iunxerat, abiit AD MONTEM GARGANVM.* Plu-  
 ra, qui de hisce itineribus sacris ad Michaëlium in  
 monte Gargano nosse desiderat, audeat IAC. GRET-  
 SERVM (i).

*Descriptio* Quod reliquum est; lubet adhuc subiungere de-  
 scriptiōnē Spelunca, quae sub Basilica s. MICHA-  
 ELEM in monte Gargano cernitur, prout illam EX IAC.  
 Mich. in PHIL. PELANIGRAE Libello excerpit LEANDER  
 M. Gar- ALBERTVS (k), qui ipse a.C. 1525, in hoc loco præ-  
 gano. fens fuit. En! illius verba:

Cry-

(e) in Geogr. L. VI. p. 284. edit. Paris.

finensis L. II. c. 24. ap. MVRAT-

(f) ap. BARONIVM Annal. Ec-  
 clési. ad a. 1000. n. XI. T. X. p.  
 958. edit. cit.TORIVM, Scriptor. rer. Ital. T.  
 IV. p. 354. b. C.(g) in vita S. Romualdi, Opp.  
 DAMIANI Tomo II.(i) in Tr. de Peregrinationibus, L.  
 II. c. 7.

(h) in Chron. S. Monasterii Ca-

(k) in Descript. totius Italie, p.  
 m. 379. sq.

Crypta est hanc quaque boninum ingenio vel arte, sed angelica vi consilioque in vivum montis saxum excavata: in quam deorsum per portam ingentem marmoream, qua meridiem spectat, a regni Principibus edificata, ingressus LX graduum ad septentrionem versus patet: qua descendit absque nullo modo posset, ni plurimis in saxum excisis spiraculis ac fenestrarum lumen diurnum in marmoreas admitteretur scalas. Earum ad finem sepulcretum est, in plano, apertum, cum saeculis monumentisque multis: inter quae leva, priusquam in sacratissimum specum ingrediari, pulcherrimum appareret quoddam cum nobilis familiae Neapolitanæ Pudericorum, quondam huius loci dominorum, insignibus. Prope facillum hoc per aliam portam ex ære, summo artificio perfectam, qua ad occasum respicit, in specum ipsum aditus datur, quo nemini prorsus ante solis exortum ingredi, fas est. Ad dextram crypta mirabilis appareat in orientem explicata, DIVI MICHAELIS Archangeli domiciliū, tota ex vivo solidoque lapide purum liquorem perpetuo stillante, horrida, profunda & obscura, hanc in aliū, ut puto, finem facta, quam salutis animarum caussa. In medio delubrum est exiguum ascensi graduum quatuor: cum autem ad sanctissimam Angelī aram paulo editorem proprius accesseris, ille tibi locus, berule velis nolis, venerandus est. Conspicitur ibi ara ab ipso Archangelo conservata vestitaque, nunc alterius humana manu fabricata tegumento, in qua missæ quotidianæ celebrari plerunque solent: minimeque in hac penetralia passim omnes admittuntur. Non procul inde fons perennis ac modicus divino latice factens, quo sibi propemodum in omnibus morbis oppidani medicinam faciunt. Læva dein aliae plures areæ, facella, similesque loci abditi celebrandis missis, præcipueque due areæ ab ipso etiam Archangelo factæ conspiciuntur. Præterea quæ supra sunt, oratoria, non consilio effecta, sed in saxo natura sic creata putantur, quo ad poenitentiam atque ambo sui coru nemorū in vicinias obsequiuntur.

I 2 vñ nos pñrduit uenit que  
vñ laru rñdallu

que divinitatis contemplationem mortales alliciant. Pavimentum specus marmore candido, rubroque varie stratum est. Exteriora cryptæ, id est supremum eius tectum virens, densusque lucis altissimis arboribus operit, e quibus multitudo maxima lapidum pendet, quos voti causa peregrinantes collo alligatos sursum in montis ingum bauilant, ibique precibus patriatis suspensos relinquent. Admiracionem profecto summam hæc habet Silva, quod magno circum circa spatio nullus ne frutex quidem appareat aliis: quapropter miraculum potius, quam res naturalis habetur, tot & tam ingentes arbores hic in vivum saxum radicatas. Mihi accolae, cum hic essem, narravere, circa Carolum VIII. Franciæ Regem, qui anno a C. N. 494. Neapolitanum regnum cepit, unam a Gallo quodam milite casam, illumque protinus supplicio dixi-  
no exanimatum concidisse. Vidimus etiam in fæcato specu insignem hercule crucem ex purissimo crystallo, longam fore dorantem & fermis, quam loci Sacerdotes inventam hic aie-  
bant, quo tempore crypta ipsa mirabiliter primum cognita est.

S. Micha-  
élis cul-  
tus in  
monte  
Tumba.

At enim vero non sola Italia, vel potius Mons Garganus, habuit Michaelium suum, seu Basilicam MICHAELI dedicatam, multisque, si Diis placet, prodigiis celebratam. Gallia quoque, & in hac fertiliissima Normanniae provincia, simile portentosum opus nobis ostentat. In eo describendo mihi eo magis breviori esse licebit, quod in hoc labore sedula & solida opera nuper admodum desudavit Vir Clarissimus IO. HENR. MEYNIVS, Bibliothecæ Auguſtæ Wofsenbuttelensis Custos (1), Amicus meus per dilectus at-

que

(1) Extat RIVS Versuch einer  
näheren Nachricht von der Mi-  
chaelis - Wallfahrt und den

Veranlassungen derselben, cui  
tamen pro sua modestia initiales columnmodo nominis sui

que in hoc studiorum genere, ex qualicunque mea olim informatione & quotidiana consuetudine, ver-satissimus. Paucis itaque rem expediam, & perpau-cula, quasi in supplementum laboris MEYNII mei at-texam.

Est autem Mons S. Michælis, gallice *le Descriptio Mont Saint Michel*, ut iterum a descriptione loci or-dinar, mons Gallæ in Normannia dictus in periculo <sup>buius montis.</sup> maris, quia una leuca distat a littore iuxta ostia Ler-ræ fluvii, & quasi Scopulus in sinu parvo ab eo di-sto, sive in intimo recessu maris versus Normanniam & Britanniam minorem & ab ora tantum divisus, accedente æstu maris. Vocatus etiam fuit Mons S. Michælis ad duas Tumbas, & arcem habet atque op-pidulum cum Abbatia & insigni Ecclesia, excitata a. 706. ab AVBERTO, Episcopo Abrincensi, regnante CHILDEBERTO, R. Gallæ, quatuorque leucis di-stat ab Abrincis in occasum Maclovium versus, & duabus a Ponte Vrsonis (m).

I 3

In

literas subiecit, in denen Han-noverischen Nürzlichen Sam-mungen vom Iahr 1755. n. XX. & XXI. col. 305.-326.  
(m) in hac descriptione Montis S. Michælis usus sum verbis Mich. Anton. BAUDRANDIE Geographie ipsius, Parisis 1682, duobus Tomis in folio editis, T. I. p. 672. a. cf. ta-men Io. Iac. HOFFMANNI Lexicon universale, T. I. p. 1038. b. ut & les Antiquitez & Re-

cherches des Villes, Chateaux & Places plus remarquables de toute la France, par André du CHESNE, revenu, corrigé & augmenté par François du CHESNE, (à Paris 1647. 8.) L. VII. c. 21. p. 1017. sq., porro Les Plans & Profils de toutes les principales Villes & Lieux considerables de France, par le S. TASSIN (à Paris 1634. 4. obl.) p. 32. b. sq. & Mart. ZEIL-LERİ Topograph. Gall. P. VIII,

S. Michaelis apparetio in illo facta, In hoc igitur monte degebant Eremite, vitam contemplativam ducentes, & per providentiam divinitatis miraculo modo in hac solitudine conservati, rebusque ad vietum atque amictum necessariis sustentati (n). Anno autem post C. N. 709. memorabilis mutatio, intuitu huius loci, contigisse, fertur. Audiamus SIGEBERTVM GEMBLACENSEM, qui ad h. a. sequentia narrat (o); *Childeberto monarchiam regni Francorum tenente, Archangelus MICHAEL apparens AVTBERTO, Abrincateni episcopo, monuit semel & iterum, ut in loco maris, qui propter eminentiam sui TUMBA vocatur, fundaret ecclesiam in memoriam sui, volens tales venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur sibi in monte Gargano. Intervim taurus a latrone (\*) furtim raptus in illo loco religitur. Vnde Episcopus tertio admonitus, ut illo in loco*

p. m. 21. sq., qui simul ad pag. cit., sicuti & TASSINVS, l. c. P. I, dans la Normandie, n. 21. & 23. Montem S. Michaelis xri incisum exhibet.

(n) V. Car. LE COINTE, l. c. T. IV. ad a. 706. n. I. p. 444. DV CHESNE, l. c. p. 107. impensis vero veterem, & mutantum postea Montis S. Michaelis in periculo maris flatum deseribit, multis tamen fabulosis intermixtis, *François FEVARDENT dans son Histoire de la Fondation de l' Eglise & Abbaye du Mont S. Michel au peril de la mer, dist Mont de*

*Tombe, & des Miracles, Reliques, & Indulgences donnees en icelle. Le tout recueilli des Archives du dist lieu, à Constances 1607. 12. 2<sup>3</sup> pl., quem libellum rarissimum summo iure adscripteris, cuius vero fat accuratam epitomen dedit laudatus MEYNIVS, l. c.*

(o) in Chronogr. ap. PISTORIUM Scr. rer. Germ. T. I. p. 767. edit. Struv.

(\*) *Hic MEYNIVS meus, Vir alias satis accuratus, humani quid passus est, dum in sua Disquisitione, l. c. col. 316, latronem transformet in Leonem*

loco fundamentum iaceret, ubi taurum religatum, inveniret, & sicut eum terram pedibus protrivisse vide-ret, sic ecclesiae ambitum duceret; ecclesiam in honore S. MICHAELIS constituit, et ex illo tempore, sicut in monte Gargano, ita etiam illo in loco, quod modo dicitur, in periculo maris veneratio Archangeli fre-quentari coepit. Pro eodem apparitionis & dedicatio-nis anno, scil. DCCIX. stat etiam sententia BARONII (p). Chronicon vero s. MICHAELIS in periculo ma-ris, Seculo XII. scriptum (q), ut & Series chronolo-gica Abbatum huius Monasterii, sub initium Sec. XV. compilata (r), haec omnia referunt ad a. 708., siqui-dem prius ad h. a. scribit (s): DCCVIII. facta est re-latio B. MICHAELIS in monte Tumba sub Childeberto Rege Francorum & Autherto Ep. Abrincensi. Hoc ipso porro anno 708. Apparitionem Archangeli, & sequenti anno dedicationem Ecclesiae a s. AVTBER-TO constructæ factam fuisse, e veteribus loci chartis adstruit quidem MABILLONIUS (t). Verum cum AVTOR de apparitione S. Michaelis in monte Tumba scribat, XVII. Kal. Nov. completatis esse Templi de-dicationem; probe iam olim observavit PAGIVS (u), non videri dubitandum esse, quin dedicatio a. 707., quo dies XVI. Octobris in Dominicam cadebat, per-acta

- (p) in Annal. Eccleſ. ad a. 709. n.  
VI. T. VIII. col. 734. edit. cit.  
(q) in Phil. LABBEI Nova Bi-blloth. MSS. T. I. Sect. II. p.  
347.-349.  
(r) apud LABBEVM 1. modo c.  
T. I. p. 350.-352.
- (s) l. c. p. 348.  
(t) in Act. SS. Ord. S. Bened. Sec.  
III. P. I.  
(u) in Crit. Baron. ad a. 709. n.  
X. T. III. p. 167. b. edit. Ant-werp, a. 1727. fol.

acta fuerit, cum huiusmodi Solemnia non aliis diebus, quam Dominicis aut Festis solemnioribus fieri solerent. Rem itaque optime expedivit rectamque chronologiam restituit CAROLVS LE COINTE (x), qui hancce visionem, modo eam credere fas est, ad a. C. 706. refert, siveque dedicatio caderet in annum sequentem.

*latius de-  
scribitur.* De hac ipsa vero *Apparitione s. MICHAELIS* in mente Tumba, similis sane furfuris cum illa, quæ in monte Gargano evenisse dicitur, supereft *Historia ANONYMI cuiusdam*, ante Sec. X. composita, quam primus e tenebris in lucem produxit MABILLONIUS (y), atque ex eo recudendam curavit MARTINVS BOVQVETVS (z). Non ingratum Lectoribus nostris fore, speramus, si eam e vastis rarioribusque MABILLONII & BOVQVETI voluminibus dabimus. Ea autem sic se habet:

*ex Historia cuius-  
dam Ano-* Postquam gens Francorum Christi gratia insignita longe lateque undique per provincias superborum colla perdormi- ifset, CHILDEBERTO Rege Monachiam totiduc et septentrionis, nec non et meridie partis sirenæ gubernante beatus MICHAEL Archangelus notum se fieri voluit mortalibus actatis nostrae temporibus - - - - -

Hic igitur locus Tumba vocatur ab incolis, ideo, quod in morem tunuli quasi ab arenis emergens in altum, in spatio ducentorum cubitorum porrigitur, Oceano undique mari cinctus locus, angustum admirabilis insula prebet spatium, inter ostia situs, ubi immergeunt se mari flumina Se- gia,

(x) *I. e. ad a. 706. n. I. T. IV.* I. Sec. III. p. 85, sqq.

p. 444.

(z) in *Rerum Gallicar. Et Fran-*

*(y) in Act. SS. Ord. S. Bened. P.* *cicar. Scriptor. T. III. p. 630. sq.*

gia, nec non & Senuna; præbens quoque habitantibus hinc  
inde non breve nitem spatiuum. Longitudine vero ac latitu-  
dine a radice, qua prominet, non multum distat, ut coniici-  
tar, ab eo opere, quo salvatum, imo seruatum est humani  
generis incrementum. Qui ab Abrincateni urbe sex distans  
milibus, Occasum prospectans, Abrincatensem pagum divi-  
nitatē a Britannia. Nulla ibi exerceri valit actio mundanis;  
his solis congruus extat locus, qui Christum sedule venerari  
disponunt: et hos suscipit, quos ad aethera ardens virtutum  
amor evebit. Copia tanta piscium ibidem reperitur, quae  
plerumque fluminum mavisque infusione congeritur. Procul  
vero cernentibus nihil aliud fore quam spatiosa quedam, imo  
speciosa turris videtur. Sed et mare recessu suo devotis populis  
bis inde desideratum iter præbet beati petentibus limina Ar-  
changeli MICHAELIS. Qui primum locus, sicut a veraci-  
bus cognoscere potuimus narratoribus, opacissima sua clau-  
debat, longe ab Oceani, ut estimatur, situ milibus di-  
stans sex, altissima præbens latibula ferarum. Et quia secre-  
tiora coeli per contemplationem sublimitatis rimari volenti-  
bus gratissima esse solent remotiora eremi loca, inibi olim in-  
habitasse compertius Monachos, ubi etiam usque nunc duæ ex-  
stant ecclesiæ prisorum manu construxerunt.

in honore illius  
Archangelum  
Sed quia hic locus Dei nutu futuro parabatur miraculo,  
sanguis sui Archangeli venerationi, mare, quod longe dista-  
bat, paulatim ad surgens, omnem siccæ magnitudinem sua vir-  
tute complanavit, & in arenæ sue formam cuncta sua rededit,  
præbens iter populo terræ, ut enarretur mirabilia Dei. Nam  
vero ad illud venientium est, qualiter idem heatorum princeps  
spirituum angelica revelatione dedicaverit prædictum locum.

ratio  
Quodam tempore, cum religiosissimus et Deo amabilis  
prefatus urbis Antistes, AUBERTVS nomine, sopori  
se dedisset, admonitus est angelica revelatione, ut in  
iam dicti summitate loci sancti constitueret in honore Ar-  
changeli eadem; ut cuius celebrabatur veneranda commemo-

ratio in monte Gargano, non minori tripudio celebraretur  
 in pelago.... Venerabilis ergo Episcopus, de visione cer-  
 tissimus, cum hymnis et laudibus praedictum locum ingressus,  
 exercere imperatum opus adgressus est: congregataque rufi-  
 corum maxima multitudine, locum purgavit, atque in spa-  
 tium complanavit; in cuius medio due preeminebant rupes,  
 quas operantium multorum movere non poterant manus, nec  
 a suo divellere statu. Qui cum diu barerent, nec omnino,  
 quid facerent, invenirent, nocte infœcta visio apparuit cui-  
 dam bovinæ nomine Baino, in villa, que dicitur (Huines)  
 Icicus, qui duodecim filiis ampliatus, magnam inter suos te-  
 nebat nominis gloriam. His ergo per vijum monitus, ut cum  
 laborantibus et ipse labori insisteret, festinus cum filiis ad lo-  
 cum venit, impletarū, quod fuerat iussus. Quo cum perva-  
 nisset, fructus auxilio s. MICHAELIS Archangeli, quod hu-  
 mana non poterat virtus, mirum in modum tam facile mo-  
 lem tantæ magnitudinis removit, ut nullum pondus ibi esse  
 videretur.... Exstruxit fabriacan non culminis sublimitatis  
 celsam, sed in modum cryptæ rotundam, centum, ut aesi-  
 matur, hominum capacem, illius in monte Gargani volens  
 exequare formam, in modum prærupti silicis angelico appa-  
 ratu facta terrigenis ad laudem et gloriam Dei habitatione.

De variis miraculis. Hucusque ANONYMVS de apparitione s. MI-  
 CHAELIS in monte Tumba, a MABILLONIO pri-  
 mum in lucem productus, & apud BOVQVETVM  
 recusus. Nolo iam iis immorari, quæ de nuntiis ab  
 AVTBERTO, iussu s. MICHAELIS, in montem GARGA-  
 NVM missis, de reportatis inde sanctis reliquiis, de  
 miraculis per eas in itinere factis, de portentosa  
 montis Tumba complanatione, de consecratione ec-  
 clesiæ ab ipso Archangelo peracta, de festo dedica-  
 tionis ad d. XVI. Octobris celebrando atque ab AVT-  
 BERTO instituto, de clypeo & gladio, quibus s. MI-  
 CHAELIS

CHIEL ingentem draconem in *Hibernia* superavit, in que montem nostrum deportandos iussit, aliisque si milibus portentis, FEVARDENTIUS pro sua credulitate in *citato Libello* assert, cum nobis hac in re optimam fecerit. MEYNVS supra laudatus. Hoc tamen silentio non est pratermitendum, s. AVTBERTVM, Episcopum Abrincatensem (a), in cuius Diocesi sita erat novella Ecclesia, loco *Anachoretarum* constituisse duodecim Canonicos, qui in memoriam Archangeli Sacris funderentur, quibusque sat amplis reditibus prospexit.

Hos vero Canonicos in Ecclesia S. MICHAELIS in monte Tumba s. periculo maris per 258. annos. a fundatione dicti loci Sacris vacantes, sed postremo vitæ solutiori sese dantes, a. 965. RICHARDVS I., Dux Normannie, permittente IOHANNE XIII. P.R., expulit, & Religiosos Ordinis S. Benedicti in ea non modo constituit, sed & novam Abbatiam villis multis, aureis atque argenteis vasis locupletavit ornavitque(b).

*Abbatia  
S. Michaë-  
lis funda-  
tur.*

K | 2 | Audi-

- (a) *Abrincatenis*, sive *Abrincenüs*, item *Abrincatinus* (*Au-  
rancher*) Episcopatus in Nor-  
mannia Galliae Archiepiscopatu-  
tui Rothomagensi subest, iam-  
que Sec. IV. fundatus traditur;  
V. SAMMARTHANI Gall.  
Christian. T. II. p. 1. sqq. cf.  
Alberti MIRAFI Notit. Epi-  
scopatum Orbis Christiani, I.  
IV. cap. XIV. p.m. 193. & L. V.  
p. 229. item *Histoire de tous les  
Archevechez & Evechez de l'*
- univers (à Paris, 1700. 8.) par  
l' Abbé DE COMMANNVILLE, P.  
I. c. 8. p. 69. & 61. & dans les  
Tables alphabétiques, p. 2. & p.  
266. b. ubi annuos Episcopi redi-  
tus summae 15000. librarum  
monete Gallice adæquare as-  
serit. Addit. Indicem geograph.  
Episcopatum Orbis christi p. 2.  
quem B. FABRICIVS Luci sa-  
lutari Evangelii subiunxit.
- (b) V. Servier chronolog. Abbatum  
Monasterii de Monte S. Miel.

Audiamus Chronicon S. Michaëlis apud LABEVVM (c), in quo sequentia offendes: A. 942. occisus est Guillelmus, filius Rollonis, cui successit Richardus, filius eius, qui primus posuit Monachos in Ecclesia S. Michaëlis in periculo maris, A. 966. Mainardum scilicet primum Abbatem, qui fuerat Abbas S. Wandregisili per quinque annos, & aliam Mainardum nepotem suum cum aliis Monachis. WILLELMVS quoque GEMMETENSIS restauratum, vel potius erectam Abbatiam nostram meminit in Historia sua Normannorum (d) hisce verbis: - Dux Richardus - Abbatias quoque quasdam restauravit. Vnam - in suburbo Rothomageusi - - aliam in monte, qui dicitur TV M-BA, in veneratione Archangeli Michaëlis, gregibusque Monachorum insignivit. Addas denique velim Chronicon Britanicum ex collectione veteri MS. Ecclesie Nannetensis (e), id quod vero hanc mutationem ad a. 965. refert: in monte S. Michaëlis extructo mirabili & nobili coenobio missi sunt Monachi. Crevit successu temporis loci fama, & religiosa avi istius superstitio Coenobium noviter instauratum amplis redditibus, largisque donationibus locupletavit. Inter eius Benefactores non insimum tenent locum Normanniae Duces, & CONANVS quoque, Britanniae mino-

in periculo maris, apud LABEVVM, l. c. T. I. p. 350.

(c) l. c. T. I. p. 348.

(d) L. IV. c. 19. in Andr. DV CHESNE rarissima Collectio- ne, quæ sub indice: Hist. Nor- manorum Scriptores antiqui,

Lutet. Parif. 1619. in fol. pro- diit, pag. 248. B.

(e) dans l' Histoire de Bretagne, par Dom Gui Alexis LOBI- NEAU, T. II. (a Paris, 1707. fol.) col. 32.

*minoris Dux vel Comes, Posteris suis exemplo fuit, quanta devotione, simul & liberalitate affecti esse debent erga Montem S. MICHAELIS in periculo maris (f). Auxit porro Monasterii famam & frequentiam religio Monachorum, qui in angusta montis abrupti crepidine magnificam condidere Basiliacam, ducentorum & triginta octo pedum longitudine, altitudine centum supra triginta quinque: regulares autem ades patullo infra circum Basiliacam, quibus accessit in declivi montis latere aquilonari oppidum, Patroni sui præsidio & situ loci firmissimum adversus Galliæ hostes munimentum (g). Depique lubet adhuc, nonnulla loci fata ex saepius allegato Chronico S. Michaëlis Labbeano (h) excerpere. In illo autem offendit ad a. 1023: *Inchoata est nova Ecclesia B. Michaëlis a Ricardo II. Comite, & Hildeberto secundo Abbatore, qui Abbas eodem anno obiit, cui succedit Almodus;* porro ad a. 1102: *Vixit ista nonnullis prope & procul postis S. MICHAEL Archangelus, prout credimus, in figura columnæ igneæ in nocte scilicet sua festivitatis penetrasse Ecclesiam huius montis;* item ad a. 1112: *combustæ est Ecclesia S. Michaëlis igne fulminis cum omnibus officinis Monachorum, Burgo illæso, cum esset subitus Monasterium, quod mirum est.* Cum quibus conferenda est Series chronologica Abbatum S. Michaëlis (i), quæ hucusque excerptis nonnulla adhuc addit.*

K 3

Quem-

(f) V. LOBINEAV, I. modo c. apud BOVQVETVM, l. c. T. L. III. n. 34. p. 84. sq. & T. II. III. p. 630. nota (c).

p. 94. sq. (h) Nova Biblioth. MSS. T. I. p. 348.

(g) Verba sunt MABILLONII (i) ibidem, pag. 251.

*De peregrinatio-*  
*bis reli-*  
*giofis ad*  
*montem*  
*S. Micha-*  
*elis.*

Quemadmodum autem Ecclesia s. MICHAELIS in monte Gargano variis ad illam factis peregrinatio-  
 nibus religiosis magnam notoris celebratatem adepta  
 fuit, & Normanni adeo, quamvis MICHAEL doc-  
 mi haberent, foras, inquit Apuliam proficiscen-  
 tur, devotionis causa erga Archangelum, cuius rei  
 præter alios testis est GUILIELMVS APPVLVS, ita  
 canens (k):

Normanni dicuntur, id est homines boreales;  
 Horum nonnulli GARGANI culmina montis  
 Conscendere, tibi, MICHAEL Archangеле, voti  
 Debita solvente.

Sic ad nostram quoque Ecclesiam s. MICHAELIS in monte Tumba voti causa frequentes ex universa fere Europa concurrerunt peregrini; quos inter non patuci Gallie Reges, nempe LUDOVICVS VII. & s. LVDOVICVS, PHILIPPVS III., CAROLVS VI., LVDOVICVS XI., adeoque HENRICVS II., Anglie Rex, suam loco praesentiam exhibere dignati sunt (l). Maxime autem memorabilis erat pergrinatio, quam numerosa puerorum multitudo, medio Seculo XV., e variis Germaniae regionibus ad Ecclesiam s. MICHAELIS in periculo maris suscipiebat. Memorat illam PETRVS HERPIVS, Scriptor si non coœvus, salutem suppar, qui in Annalibus suis Francofurtanis. (m)

(k) in Historico Poëmate de reb.  
 Normannor. in Sicilia, Appu-  
 lia & Calabria, gesit, L. I.,  
 apud MVRATORIVM in Seri-  
 ptor. rer. Ital. T. V. p. 253. A. B.)

(l) Testatur hoc MABILLONI-  
 VS, apud BONVETVM, l. c.  
 p. 69. nota (c).

(m) in Perill. atque Excellentiss.  
 Lib. Bar. DESENCKENBERG

ad a. 1450. sequentia capropter annotavit: eodem anno  
 feria tertia post festum divisionis Apostolorum per  
 Francofordiam mille & centum pueri iter acceperunt  
 ad s. MICHAELM. Paulo prolixius religiosi huius  
 itineris memoriam nobis servavit WERNERVVS RO-  
 LEWINCKIVS in Fasiculo temporum (n), cuius haec  
 notentur verba: Pueri s. MICHAELIS peregrinantur  
 cum magno fervore, per turmas, viam longam ad ma-  
 re. Et fit timor cunctis, ne spiritus nequam agita-  
 ret eos: sed statim cessavit propter tedium itineris, &  
 famem, quam patiebantur. Quod vero dicta pere-  
 grinatio ad s. MICHAELM in Normannia facta fu-  
 erit, extra omnem controversiam collocat Chronicon  
 Civitatis Coloniensis (o), cuius Author ad a. 1455. (p)  
 haec narrat: In dem seluen Iair was eyn groisse Vart zo  
 sent Michell in Normandien, dat is eyn lant und her-  
 zochdom under dem Konynge van Franckrych. ind dat  
 werde maill, by II. iair. Ind dat hoyven an deyn kyn-  
 derchyn van VIII.IX.X. vnd XII. iairen uyss alleu landen.  
 Sy vergaderten sich mit groissen bouffen ind liessen vader,  
 ind moeder, ind gyngen alle tzosanen paer ind paer in  
 eyne procession. ind hatten yr vanen die man yn vur-  
 droich, und dar upstont sent Michel gemait. ind wat kyn-  
 der, die uyss eyne Stat off uyss eyne dorp waren die hielten  
 sich zo samen. ind up dem vanen stoint och yrs heren  
 wapen da sy under gesessen waren. Ind dat mas je-  
 merlichen tzo seyn dat die kynder yrren aldereu buyssen  
 yrren

Selectis Iuris & Historiar. T. II. p. 21.

(n) atate VI. ap. PISTORIUM  
 Scriptor. rer. German. T. II. p.  
 574. edit. Struv.

(o) Prodiit sub titulo: Die Cro-  
 nica van der hillige Stat van  
 Coellen, impressa Colonia A-  
 grippine a. 1499. in folio.

(p) fol. CCCXIII. b.

yrren willen so enwech zoigen sonder zeirgelt. Doch quamen Sy sere widder gefunt zo lande. ind yn mart ouer all op dem wege genoich van coft und dranck gegeuen, ind manne Sy zo sent Michell quainen, so offferden Sy die vanen sent Michell. Zo lefft leyffen die alde lude ouch dar, man ind vraumen, knecht ind meyde. Qui plura hac de re scire vult, adeat doctissimi MEYNII Disquisitionem saepius laudatam.

*Ordo S.* Ceterum magna semper erat Regum Gallie er-Michaëlis ga s. MICHAELEM reverentia, ipsumque Gallie a Ludovi-Regnum a longo iam tempore MICHAELEM Prote-co XI. R. Gallie in florem sibi elegerat (q). Quin imo si STENGELIO fitius. (r) fides habenda est; apparitio s. MICHAELIS CA-ROLO VII., Galliarum Regi, Aurelianum adversus An-glos fortiter defendantis, facta occasionem dedit in-stituti postea ab eius filio LUDOVICO XI. R. Gallie a. C. 1469. Ordinis equestris S. Michaelis, hodienum in Gallia florentis (s). At enim vero varia obstant, quo minus STENGELII narratis fidem adhibeam, ac longe aliae causae adesse videntur, quæ LUDOVICU-M V XI. permoyerunt, Ordinem militarem s. MICHA-ELIS

(q) V. Bartholom CHASSANAEI Catal. glorie mundi, P. III. Consider. XIV. p. m. 227. edit. Francof. ad M. 1612. 4. mai. cf. B. TREVERI Progr. quo Fabula de S. Michaele Angelo tutelari Imperii Romani ex-pluditur, P. P. in Acad. Iulia Fe-lio Michaelis A. MDCCXXXIII. 4. 1<sup>1</sup> pl.

(r) I. c. cap. 35. p. 267.

(s) de hoc Ordine equestri cf. pre-

ter alias Christi. GYRPHII kurzen Entwurf der geist- und weltlichen Ritter-Orden, p. m. 208. Jqq. P. Hippolyti HEZELIOTS ansführ. Geschichte aller geistl. und weltl. Kloster- und Ritter-Orden &c Vol. VIII. cap. LIX. p. 420. Jqq. & Job. WILB. RAMMELSBERG Be-schreib. aller geistl. und weltli-chen Ritter-Orden in Europa, II. Stück cap. 13. p. 27 Jq.

**ELIS** fundare. Sed cum tandem aliquando ad finem  
Tractationis properandum sit; accuratius huius rei  
examen in aliud tempus reservo.

Quod reliquum est, hancc MICHAELIS in Episcopis  
Gallia, vel potius Normannia apparitionem s. AVT<sup>de appari-</sup>  
BERTO factam, et iactatam eius Ecclesie in monte S.  
Tumba dedicationem ab ipso Archangelo peractam, in Gallia,  
ut & alia supra recensita miraculosa portenta eandem <sup>Michealis</sup> dedica-  
mererit fidem, ac illam visionem Angelorum Princeps in monte Ec-  
pis in monte Gargano, cuivis etiunctae naris facile <sup>Ecclesia eius</sup> in monte  
subodorabitur. Sane iam olim observavit sagacissimus Tumba.

10. FRONTO (t), *Festum Dedicationis Ecclesiae Ar-  
changeli non celebratum fuisse in Gallia, nisi post CA-  
ROLI M. Imp. tempora, unde necessario fuit, pre-  
tensam illam s. MICHAELIS apparitionem, & dedi-  
catam nomini EIVS in monte Tumba Ecclesiam  
Seculo IX. in Gallia fuisse ignoratam. Accedit & ali-  
ud adhuc argumentum, quod scilicet veteriores, in-  
primis autem Seculi IX. Martyrologi v. c. RABANVS  
MAVRVS, WANDELBERTVS, ADO, VSVARDVS,  
NOTGERVS, Festivitatem apparitionis & dedicatio-  
nis s. MICHAELIS in monte Tumba alto silentio pre-  
mant. Iste vero VSVARDI codices MSS., quos tam  
editiones nonnullae typis exscriptae, quam SOLLERI-  
VVS adhibuit, & qui ad d. XVI. Octobris hunc festum  
diem memorant, teste ipso SOLLERIO (u), vel ad fi-  
nem Sec. XIV. vel ad initium Sec. XV. merito referri debent.*

Prius vero quam finem Scriptio*n* imponam; unicam  
adhuc liceat adiucere observationem, scil. meram quidem

*Conclusio  
Opusculi*

- (t) L.c. p. 232. edit. Fabricianae. p. XLVIII. /qq. it. Art. IV. §.  
(u) V. EIVS Praefatio ad VSV- 4. n. 233. p. LX & Art. V. n.  
ARDVM l.c. Cap. III. Artis. III. 254. p. LXIII.  
p. 174-176. p. XLVI. n. 182-193.

fabulam & Festum S. MICHAELIS Archangeli nobis peperisse, & impium Angelorum cultum in Ecclesiam catholicam introduisse, recte tamen gravique confilio Ecclesias nostras illud festum retinere & reiecit anilibus miraculorum fragmentis de s. MICHAEL fabricatis, approbare memoriam eius & SS. Angelorum in publicis Sacris celebrandam, nullum alium in finem, quam ut NVMINI infinito gratias decernamus immortales, quod Angelorum beatissimorum ministerium piis mentibus promiserit, concederit, totque beneficia ope cohorum sanctissimarum in nos haec tenus contulerit, & conferre in posterum decreverit. *Lege insuper Imperii publica* (x), post repurgata LVTHERI Megalandri ministerio Sacra, sanctum fuit, ut feriae hae stativae ab Ecclesia semel receptae porro conserventur.

*Admo-  
nitio.*

*Vos* denique, CIVES ORNATISSIMI, occasione nostri Fe-  
sti publice compello, moneoque, ut morum innocentiae, vi-  
raeque probitati studeatis diligenter, quo S. Angeli, coelestes  
illi vigiles, Vobiscum versari velint, mali vero immundi-  
que Spiritus nocere Vobis nequeant. Purae beataque il-  
iae mentes virtutis deditos, pravisque affectibus agitatos, a-  
versantur; quapropter fugite, quicquid illas, immo quic-  
quid illarum conditorem DEVm immortalem offendit. *FVGITE MENDACIA! FVGITE CALVMNIAS!* Imitemini potius virtu-  
tes sanctorum Angelorum, quantum in Vobis est, agite con-  
corditer, & ita *Vos* gerite, ut illorum praesidium in vita  
hac *Vobis* spondere possitis, & olim, quam longissima statio-  
ne mortali defuncti, ad consortium illorum, in vita melio-  
ri altera, nullis Seculis terminanda, transferamini. Vale-  
te. P. P. in Acad. IVLIA CAROLINA, III. Cal. Octobris,

a. C. cl<sup>o</sup> i<sup>o</sup> CCCLVIII.

(x) V. Der Roem. Kays. Mai. Er-  
klärung, wie es der Religion  
habben im Heil. Reich bis zu  
Auftrag der gemeinen Concilii  
gehalten werden soll, auf dem  
R. Tag zu Augspurg d. 15. May

1548. publicirt und eröffnet, u.  
von Gemeinen Ständen ange-  
nommen, Tit. XXVI. §. II. fgg.  
in Corp. Recess. Imperii, P. II.  
p. 572. sq. edit. recentiss.

153883  
X 2286633 ✓

ULB Halle  
007 138 997

3



ND 18

R





Farbkarte #13

SELECTA QVAEDAM  
DE  
S. MICHAELE ARCHANGELO  
EIVS APPARITIONIBVS FESTIS ET CVLTV  
INPRIMIS IN MONTE GARGANO  
ATQVE IN MONTE TUMB  
ILLVCQVE FACTIS PEREGRINATIONIBVS

SOLLEMNI DIE ANNIVERSARIO  
S. MICHAELIS

A. R. S. C I C I C C L V I I I  
P. P.

D. FRANCISCO DOMINICO HAEBERLIN  
ACADEMIAE IVLIAE CAROLINAE  
H. T. VICERECTORE.

HELMSTADT  
LITERIS VIDVÆ B. SCHNORRIE ACAD. TYPOGR.